



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digressio 30. Nam sensus intentionali egeat specie, qua fensilia obiecta
percipiat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

industrii intellectiois ministri. Ceterum de anima huius natura, quomodo sit inter vegetantem, & intelligentem media, dictum est satis, cum de triplici animarum genere, diuersisque earum à materia eleuationibus ageretur.

Tisus facta-tes.

Jam tribus tota facultatibus continetur, sentiente, appetente, mouente. Sentiens obiecta percipit, appetens percepta concupiscit, mouens demum ad ea procuranda adducit, si fuerint remota. Constantem omnes seruant ordinem. Prima omnium est cognitio, deinde appetitio, tum

Cor stiens di- ga.

motus. A cognitione tota hæc anima vocatur sentiens, quod prima sit, omniumque potissima, & ceterarum veluti principium & causa. Nam quidquid ea operatur, aut sensio est, aut sensio nem comitatur. Cognoscentem non nominamus; quoniam cognitio illi est cum intelligente communis. Sentientem dicimus; quasi sensu cognoscentem. Hæc eius est propria; & vt in plantis nullis ac stirpibus reperitur, sic animalibus omnibus inest. Carent permulta appetitu & motu: nullum est, quod non fruatur sensu. Vnde Aristotelis illud in textu 16. Animal est per sensum primò, & textu 6. libri tertij; Animal necesse est habere sensum; & in libro de sensu & sensili capite primo; Animalibus, quia animal est vnumquodque necesse est inesse sensum; per hoc enim determinamus animal esse & non animal: & libro de somno & vigilia capite primo; eo quod sensum habeat, definitum est animal. Vita namque plantarum est, sensus animalium, intelligentia hominis. Planta per vitam, Animal per sensum, homo per intelligentiam primam constituuntur: per animam, inquam, que primam hanc saltem facultatem secum adferat; ceteri appetitus & motus perfectioribus animalibus insint.

Itaque de sensu tanquam præcipuo & optimo accuratè omnino differuit Aristoteles; de appetitu & motu obiter & perpaucis. Sensum autem cum bipartitum animaduerteret; & alium quidem in organis corporis exterius positus, omnibusque conspicuis operari; alium in interioribus partibus, magisque reconditis residere; tripartitam tractationem fecit. Primum de sensu vniuersè dixit, deinde sensus omnes exteriores explicauit; postremò interiores persequutus est.

At quoniam nutaret sæpe, atque huc, illucque fluctuaret, tum Aristotelis interpretatio, tum disputatio tota, nec certum posset cursum tenere; nisi antea de perobscura, & perdifficili questione, quæ de sensuum cognitione in omnibus iam Philosophorum scholis versatur, certi aliquid antea constitueretur: operæpretium fuerit generalem hanc disputationem præmittere, quæ consequentium omnium fundamenta continebit. Questio est, vt mihi quidem videtur, non vsque adeò antiqua; num præter sentientem facultatem, obiectaque sensilia formis quibusdam, seu speciebus opus sit, velut obiectorum simulacris, vt hæc à facultate sentiri possint. De hoc igitur & verò de tota harum formarum natura & conditione dicendum.

DIRESSIO XXX.

Num sensus intentionalis cogat specie, qua sensilia obiecta percipiat.

VT obiectum sensibile à facultate percipiatur, cum illa coniungatur oportet. Plerumque immediate coniungi non potest: immò si coniungatur sensationem impedit; coniungi ergo debet per aliquid, quod aut facultate prodeat ad obiectum, aut ab obiecto in facultatem immittatur, seu forma, species, imago, & simulacrum obiecti; quod motum obiectum facultati represententur; quem admodum in imagine Cæsar & representatur & cognoscitur.

Solum aspectu putarunt nonnulli egrediente aliquo à facultate ad obiectum perire. Quod cum ad propriam aspectus rationem pertineat, refertur in eum locum, in quo de hoc sensu agitur. In reliquis certu est, aliquid potius ab obiectis in facultates immitti. In gustatu tamen & tactu nullis videtur opus esse speciebus aut formis præter reales qualitates tactiles & sapores. Tactus enim plerumque, & gustatus semper, absque medio externo immittatur, per quod species transmitti possit. Non inquam gustatur sapor, nisi lingua, palatoque impositus ita re ipsa afficiat sensum, vt quemadmodum calefacit, aut refrigerat; ita vel delectat, dulcedo, vel amaritudo tristitiam adferat.

C Nimium illa ipsæ qualitates gustantur; quæ imponuntur palato: nec ita desipiat quisquam, vt intentionalibus, non realibus, oblectari nos atque ad cibipetitionem trahi, aut seuis affici, ab eoque abhorre arbitretur. Nam si cibi gustatus propterea sit animalis datus, vt suauis saporis delectatione ad naturæ necessarium alimentum sumendum inuitetur; qui credi potest, optimam parentem naturam scitis nos ac mentibus deceptisse, dum veris ac realibus oblectari nos existimamus? Obiectum, quod per intentionalem speciem afficit sensum, potest & quidem commodius multò per externum medium & aliqua interposita distantia afficere. At nunquam gustatur cibus nisi immediate tangat: si vel minimum separetur, gustatus est nullus. Idcirco porosa tota & spongiola lingua, vt lingue conficiendæ salua, vt aridorum succus cum salua permixtus penetrare possit.

E De tactu idem iudicium. Gustatus enim est quidam tactus. Immediate à realibus qualitatibus percipitur; vt manus à calore ignis, non minus, quam lignum omnis expers sensus. Et immediate percipitur dolor & tristitia, si aduratur manus calore; si frigore frigeant nimium & contrahantur corpora: si caro aut neruus pungatur acu, ferrote, aut secundatur. Dum vna sentitur qualitas, non potest simul eius contraria percipi; quin ea potius adueniente pellatur. At intentionales species nihil horum prestatæ queunt; quoniam nec sunt inter se contraria, nec re ipsa agunt: Tantum abest, vt vicissim sese interimant, atque ex subiecto pellant. Denique hæc sensus vt que maxime omnium materialis est, vt illorum confirmat organa, & perquam materialiter obiecta sua persentiscunt: Quare nullis operibus habent intentionalibus speciebus, sed ab ipsarum qualitatibus realibus permouentur; plerumque immediate, interdum etiam tactus intercepto alio corpore.

corpore, ut dum aëre calefacto calefacti mantis.

In auditu quoque & odoratu eas respuunt illi omnes, qui sonum & odorem ab obiecto ad facultatem vsque re ipsa propagari aiunt per medium. Contra disputant alij, qui qualitates hæc intentione solum multiplicari volunt. Quæ disputatio eius loci propria est, in quo de his sensibus agitur.

De Aspectu
Sensus superest aspectus, in quo cum re ipsa non multiplicentur colores, hanc saltem speciem velut imaginem sui ad oculum vsque emittere illos sentiunt Latinorum plerique, Aristotelemque ac veteres Peripateticos Græcos sensibile continent. Aristoteles namque pluribus in locis sensum dixit alterari & pati, non alteratur autem nec patitur nisi ab obiecto sensibili. In tex. 12. libri 7. phys.

Atque etiam, inquit, ipsi sensus alterantur; patiuntur enim, quoniam ipsorum motus est per corpus patiente aliquo sensu. In tex. 12. libri 2. de anima. Sensus quædam alteratio esse videtur. In t. 51.

Sensus in eo, quod est moveri aliquid & pati, accidit; videtur enim alteratio quædam esse. Porro in tex. 59. moveri & pati asserit ab obiecto; huius, inquit, operationis actiua sunt extra, aspectabile & audibile; similiter autem & reliqua sensibilia. Hinc verò penè omnia deducit, quæ de sensibus tradit. Nam in tex. 60. sentire non est in nobis quando volumus; necesse enim est sensibile esse præsens. In t. 62. Sensus dum patitur, non est obiecto similis; sed similis fieri potest: dum autem passus est, iam est similis; quia formam & actum obiecti suscipit.

In tex. 63. Color est motuus eius; quod est actum perspicuum. Et idè in tex. 71. Medium oportet colore omni carere, ut colores omnes possit suscipere. Et tex. 73. Color idè videtur, quia movet ætèrem illuminatum, & ab hoc movetur organum. Et tex. 74. Nulla est visio in vacuo, quia cum sensum oporteat aliquid pati, nec immediatè pati possit à colore: necesse est adesse medium; per quod patitur. At color re ipsa non multiplicatur, nec agit; ergo per intentionalem speciem. Ita in tex. 121. & 138. Sensus dicitur esse susceptivus formarum sine materia. & in tex. 124. Plantas respondetur propterea non sentire, quod principium hoc non habeant, quo possint suscipere formas sine materia. & in 3. libro tex. 38. lapis non est in anima, sed lapidis forma. In libro de sensu & sensibili capite 2. Visio fieri constituitur, non extramittendo aliquid ex sensu, sed intus suscipiendo ab obiecto; & cap. 7. Motus soni & odoris ab obiecto ad sensum cum tempore fieri, at coloris motus momento absolui: Nimirum quod illi re ipsa, hic intentione multiplicentur. In lib. de memoria; &

Reminisc. capite 2. Dum exponitur, quomodo absentium & præteritorum recordemur; oportet, inquit Philoſophus, intelligere talem aliquam facultatem per sensum in anima & in parte corporis habente ipsam, velut picturam, quandam, passionem, cuius dicimus habitum esse memoriam; factus enim motus imprimi velut figuram quandam sensibilibus, sicut sigillantes annulis. Inde exponit, quinam magis minusve memoria valeant, ut diutius minusve diu impressas hæc imagines retinent; puerosque ac senes esse immemores, quod illis propter accretionem, his propter decretionem cito fluant obiectorum imagines. In lib. quoque de somniis cap. 2. præclare de hac ipsa re loquitur; ostendens quo modo obiecta imprimant species in

organa, quæ pereuntibus obiectis remaneant, sicut que somniandi occasio: & motum profert projectorum, qui primo mouente remoto eam solum ob causam fit, quod primum Movens movit aërem; & hic movet alium: atque alterationem, in qua calefacti aër, aërque calefactus calefacit aliud corpus. Idem enim accidit in sensu, qui est alteratio quædam. Hinc in 5. lib. de Animalium ortu cap. 11. Cum quaeret, cur oculi cæsi acutè interdum cernere nequeant, nigri noctu; & contra nocte illi perspiciant melius; hinc interdum. Hanc exposuit causam; quod cæsi parum humoris continent, parumque indigent motu; nigri ut copiosiores habent humorem, ita maiorem postulant motum, interdum autem vehemens est ab obiecto motus, quia magnum lumen. Oculi cæsi vehementiorem motum sustinere non possunt, nigri optimè is convenit. At nocte etiam exiguum sit lumen, obiecta leniter movent; nigrique oculi maiorem requirunt motum; cæsis est ille accommodatissimus. Itaque optimus ille aspectus iudicatur, qui inter multum & parum humoris est moderatus; quoniam is neque ob defectum facile ab obiecti motu turbatur, neque ob excessum aëre movetur. Ex cornea quoque pupilla obtenta, magis, aut minus pellucida; dura aut rugosa; ex oculi situ infosso aut prominenti, aliisque huiusmodi fit, ut acutè, aut obscure cernamus; quod melius aut deterius obiecti motus in oculo suscipiatur. Denique ut multa prætermittam, pleraque sectionis 11. problemata, nisi speciebus hæc ab obiectis ad oculum emissis, exponi non possunt. Præsertim 2. cur vno oculo exquisitius, quam duobus, cernimus? Quoniam vnus motus certior est & firmior, quam duo. Octavum, & 15. Cur lufci minutos scribunt characteres? quia proximè ad motus oculi sensibiles; proximè autem posita, cum vehementius agant in sensum, videntur magna. Deinde quia contractis palpebris scribunt; alioqui propter imbecillitatem à vehementi motu obiecti distraheretur virtus. Duodecimum, & 19. Cur oculus sinister a què videt aë dexter? Quoniam a què patitur ac afficitur ab obiecto. Decimum sextum, Cur lufci contractis palpebris aspiciunt? Quia motus obiecti est magis vnitus. Vigefimum sextum, Cur ut videant lufci, propè apponunt obiectum, senes remouent? Cum tamen ambo imbecillitate laborent. Tota causa est obiecti motus.

His accedunt alia. Cur enim qui diutius aspectu alium, mox ad alia sese conuertens videtur sibi omnia cernere alba? Quia species albi remansit in oculo. Cur homine conspecto, quem antea nunquam vidimus; clausis illud oculis notionem illius efformamus; quam assequi antea nunquam potuimus? Quoniam aliquid oculis ab obiecto susceptum est, ex quo noua formetur notio. Cur in speculo tam multa, vel etiam quæ sunt post tergum, repræsentantur nobis? Quia eorum species in speculo suscepta, indè quæ ad oculum reflexu repræsentare potest. Cur in speculo conuexo res maior cernitur, in concauo minor & interdum etiam inuersa? Causa est maior aut minor dissipatio, aut vnio specierum, earumque reflexio in speculo. Cur baculus integer apparet fractus, si partim in aëre sit, partim in aqua? Cur calculus in vase non videtur, super infusa aqua videtur, oculo in eodem loco & situ perspiciente? Propter specierum reflexionem.

Cur enim qui diutius aspectu alium, mox ad alia sese conuertens videtur sibi omnia cernere alba? Quia species albi remansit in oculo. Cur homine conspecto, quem antea nunquam vidimus; clausis illud oculis notionem illius efformamus; quam assequi antea nunquam potuimus? Quoniam aliquid oculis ab obiecto susceptum est, ex quo noua formetur notio. Cur in speculo tam multa, vel etiam quæ sunt post tergum, repræsentantur nobis? Quia eorum species in speculo suscepta, indè quæ ad oculum reflexu repræsentare potest. Cur in speculo conuexo res maior cernitur, in concauo minor & interdum etiam inuersa? Causa est maior aut minor dissipatio, aut vnio specierum, earumque reflexio in speculo. Cur baculus integer apparet fractus, si partim in aëre sit, partim in aqua? Cur calculus in vase non videtur, super infusa aqua videtur, oculo in eodem loco & situ perspiciente? Propter specierum reflexionem.

Cur enim qui diutius aspectu alium, mox ad alia sese conuertens videtur sibi omnia cernere alba? Quia species albi remansit in oculo. Cur homine conspecto, quem antea nunquam vidimus; clausis illud oculis notionem illius efformamus; quam assequi antea nunquam potuimus? Quoniam aliquid oculis ab obiecto susceptum est, ex quo noua formetur notio. Cur in speculo tam multa, vel etiam quæ sunt post tergum, repræsentantur nobis? Quia eorum species in speculo suscepta, indè quæ ad oculum reflexu repræsentare potest. Cur in speculo conuexo res maior cernitur, in concauo minor & interdum etiam inuersa? Causa est maior aut minor dissipatio, aut vnio specierum, earumque reflexio in speculo. Cur baculus integer apparet fractus, si partim in aëre sit, partim in aqua? Cur calculus in vase non videtur, super infusa aqua videtur, oculo in eodem loco & situ perspiciente? Propter specierum reflexionem.

Cur enim qui diutius aspectu alium, mox ad alia sese conuertens videtur sibi omnia cernere alba? Quia species albi remansit in oculo. Cur homine conspecto, quem antea nunquam vidimus; clausis illud oculis notionem illius efformamus; quam assequi antea nunquam potuimus? Quoniam aliquid oculis ab obiecto susceptum est, ex quo noua formetur notio. Cur in speculo tam multa, vel etiam quæ sunt post tergum, repræsentantur nobis? Quia eorum species in speculo suscepta, indè quæ ad oculum reflexu repræsentare potest. Cur in speculo conuexo res maior cernitur, in concauo minor & interdum etiam inuersa? Causa est maior aut minor dissipatio, aut vnio specierum, earumque reflexio in speculo. Cur baculus integer apparet fractus, si partim in aëre sit, partim in aqua? Cur calculus in vase non videtur, super infusa aqua videtur, oculo in eodem loco & situ perspiciente? Propter specierum reflexionem.

Cur enim qui diutius aspectu alium, mox ad alia sese conuertens videtur sibi omnia cernere alba? Quia species albi remansit in oculo. Cur homine conspecto, quem antea nunquam vidimus; clausis illud oculis notionem illius efformamus; quam assequi antea nunquam potuimus? Quoniam aliquid oculis ab obiecto susceptum est, ex quo noua formetur notio. Cur in speculo tam multa, vel etiam quæ sunt post tergum, repræsentantur nobis? Quia eorum species in speculo suscepta, indè quæ ad oculum reflexu repræsentare potest. Cur in speculo conuexo res maior cernitur, in concauo minor & interdum etiam inuersa? Causa est maior aut minor dissipatio, aut vnio specierum, earumque reflexio in speculo. Cur baculus integer apparet fractus, si partim in aëre sit, partim in aqua? Cur calculus in vase non videtur, super infusa aqua videtur, oculo in eodem loco & situ perspiciente? Propter specierum reflexionem.

Cur res qualibet in aqua apparet maior? Propter earum dem refractionem; aut quod ea in crassiori medio susceptae crassescunt. Cur sol aut facies apparet maior in aqua mota, quam quiescente? Ut tantum interdum sitaqua motus, ut plures soles, pluresque facies conspiciantur. An non id propterea euenit, quod motu disgregentur species & dissipentur, fractaque veluti aqua pars vnaque que representat totum?

Verum quid suadeat ratio consideremus. Quod Arist. prodidit, vehementiora obiecta destruere sensum, experimur esse verissimum; nec in alijs modo sensibus, sed & in aspectu; non lucem modo, quae re ipsa; sed & colores, qui non re ipsa perueniunt ad sensum. Albus disgregat, niger congregat, viridis ac rubeus confortant; & si nives aliudue valde album diutius aspexeris, hebetatur sensus & patitur. Genes quasdam scimus fuisse solitas Tyrannorum fratres, ne ad imperium aspirarent, diuturniore candentis ferri intuitu excoccare. Sanè hunc in omnibus constantem naturæ ordinem videmus, ut numquam ab extremo ad extremum sine medio transeat: Cùm igitur materiale obiectum ad immaterialem conditionem & naturam cognitione animæ traducatur, rationi perquam consentaneum videtur traduci prius ad quoddam esse intentionale, veluti medium inter illud esse prorsus materiale & esse cognitum, quod est sine materia. Etenim cognitio quoque antequam immaterialis penitus fiat in intellectu, quoquo modo immaterialis efficitur cognitione sensuum: & obiectum ipsum antequam habeat esse intellectum, quod est omnium supremum, habet esse visum, aut alio sensu perceptum. Primum inquam habet suum esse materiale, deinde esse representatiuum in specie, tum esse visum in sensu, Postremo esse intellectum in mente, licet & ex interioribus sensibus argumentari; in quibus species hæc necessariae esse, somnia confirmant & memoria, licet & ex plurimis, quæ à perspectiuis demonstrantur. Firmissimum enim illorum principium sunt radij egredientes ab oculo ad obiectum, aut certè specierum radij ab obiecto ad oculum, licet & ex sacra scientia: in qua illud verissimè constituitur, perfectiones omnes, quæ sunt in Deo vnitæ & simplicissime, duas habere in rebus creatis imperfectiones; alteram, quod sunt finita; alteram, quod diuisa & multiplicata. Cùm enim esse reale sit perfectio quæpiam, & terminare cognitionem ac facultatis actum per representationem alia quæpiam sit perfectio, hæc in Deo sunt vnum & idem; quoniam suo esse infinito est ratio intelligendi seipsum, neque vlla re alia representari, aut per speciem creatam videri potest. At in cæteris rebus hæc necesse est ita distingui, ut aliud sit esse illarum reale, aliud esse representatiuum, quod sit ratio terminandi facultatis actum; esse, inquam, intentionale in specie, quæ representandi vim habet.

Ad extremum, ut rem vniuersam in caput referamus, quadruplex omnino videtur esse huius speciei necessitas. Primum, ut facultatem moueat & quasi dormitantem ac sopitam ad actionem excitet. Deinde ut obiectum cum ea coniungat. In omni enim actione opus est agentis, patientisque contactu: quare cùm nihil à facultate exeat ad obiectum, aliquid necesse fuerit in facultatem immiti. Alioqui, ut inquit Democritus, in va-

cuo non minus, quam in pleno, immò melius cerneremus. Nisi enim propterea medium adhiberet, ut speciem tranfmitat, quæ obiectum cum facultate iungatur; aut nulla necessitas, aut visio potius impediatur, quam promoueat. Certa quoque ac determinata distantia obiecti à facultate opus non esset, nisi aliqua esset actio impressioque obiecti in facultatem. Non enim ea requiritur, ut aliquid agat sensus in obiectum; quoniam is immanentem habet actionem; sed magis ut obiectum queat agere in sensum: nulla verò est actio, nisi speciei immisso. Tum verò ut facultatem conditione sua indifferentem determinet. Est namque prorsus indeterminata, atque indifferens, tum ad operandum & non operandum, tum ad operandum cieca hoc aut illud obiectum, alburnum aut nigrum. At non potest ab alio, quam ab obiecto, determinari. Neque hoc alium habet determinandi modum, quam aliquid in facultatem immittendo. Atque ut in cæteris sensibus manifesta est talis qualitatis decernatio, in auditu soni, in odoratu odoris, in gustatu saporis, in tactu tactilis qualitatis; sic aspectum coloris saltem intentionalis profusione credendum est determinari, vbi rebus multiplicari non potest. Denique ut obiectum remotum ac procul distitum representet ac renouet facultati. Et si enim non desint, qui speciem negent vllam representandi vim habere; Aristoteli picturam, figuram, & imaginem obiecti esse appellauit.

Majori contentione disputari solet, an ea sit facultas id, quo obiectum sentiat, an verò id etiam, quod cognoscatur. An, inquam, ipsa terminet actum facultatis, an solum sit ratio, quæ obiectum terminet. Nam sunt, qui speciem ipsam sentiat opinentur. Tum quia id sentitur, à quo sensus patitur; patitur autè à suscepta specie. Tum quia non potest quidquid per similitudinem cognosci, quod prius similitudo ipsa cognoscatur; & cùm perceptuam videmus Cæsarem, nimirum statim ipsam conspiciamus. Ac demum quia remoto obiecto quidpiam adhuc cernitur, si aut magnam lucem, aut vehementem calorem aspereris: neque tunc cernitur color, sed sol illius species.

Cæterum & experientia, & Aristotelis testimonio, didicimus, sensum circa proprium obiectum non errare. Erraret autem magno opere, si speciem vel ut obiectum perciperet; iudicantique se obiectum cernere nihil nisi speciem eius cognosceret. Percipit verò obiecti magnitudinem & figuram, quam re ipsa habet, non eam, quam minima species in oculo suscepta. Percipit non obiectum modo, sed eius quoque distantiam: non igitur speciem, quæ est in oculo; sed obiectum, quod ab eo distat. Et audientes sonum faciè iudicamus, ex qua parte fiat; & sonum sequuti ad eam partem progredimur & homines & bestia. Quod non eueniret, nisi sonum ut est in sonare corpore, aut certè extra, sentiremus. Hinc multo magis de colore & coloris specie colligas. Denique ut argumentatione vnica complectat omnia, si species conspici potest, an ea conspiciatur, quæ est in oculo? ut sensus nequit sentire suum organum, ita nec illud, quod est in organo: & Aristoteles post doceret oportere organum carere obiecto sensibili, ut illud sentiat. An verò ea, quæ est in medio? At medium esse perspicuum interminatum ac peruium totum; neque videtur quidquam, nisi in terminato

minato corpore. An demum ea, quæ in aliquo corpore terminato suscipitur, quemadmodum in speculo, in quo representata imago cernitur: & coloribus illis, quos radiis solaribus per coloratum vitrum aut virides ramos transeuntibus videmus in terra, aliove corpore. At in speculo non videmus speciem, sed rem ipsam per speciem à speculo reflexam. Hæc enim in corpus terminatum invidens reflectitur, sicut & lumen. In vitro autem aut viridibus ramis errat sensus applicatione obiecti; dum colorem, quem verè vidit in vitro aut ramis, alteri applicat corpori, ad quod radij solis transeunt. Aut si oculus vitrum, ramose non aspexerit, propterea colores cernit in alio corpore, quod simul cum lumine per vitrum aut ramos transeunte, aut ad aliud corpus reflexo reflectitur, quod coloris species, quæ illum nobis representat.

At enim inquit, sentire est quoddam pati. Ita sanè. Verum non patitur sensus à specie, sed ab obiecto magis per speciem: quare non speciem, sed obiectum per speciem percipit. Neque sensio est formaliter passio; sed vitalis facultatis actio, quæ passionem habet adiunctam; vt post intelligetur. Itaque vt passio à specie proficiatur, cognitio tamen ac iudicium animæ circa illud est, quod specie proponitur. Duplex namque similitudinum aut imaginum est genus. Vnum earum, quæ formales sunt; & eum qualitatis vnitatem conueniant, representant; actumque facultatis terminant: Quoniam sua natura sunt colorate, & aliquid habent, quod à facultate cognosci queat. Immo non potest per illas illud cognosci, cuius similitudines sunt, nisi quia cognoscuntur ipsæ. Huius generis est Cæsaris statua, imaginè expressa coloribus in tabella. Alterum earum, quæ cum nullum habeant colorem aut actum sensibilem, quo facultatem terminent, sed virtute solum similitudines appellentur; nullo modo sentiuntur, sed solum facultatem mouent, vt aliud sentiat. Eiusmodi est species, similitudo inquam, quæ mouet sensum & representat aliud, non terminat. Atque illud etiam atque etiam intelligendum est, dum de sensibili specie est sermo; eam nullo modo sensionis principium esse, nec vllum adferre influxum actumue secundum, qui sensionem promoueat. Etenim hæc vitalis & animata operatio ab anima & facultate, non ab inanimata atque ad realem omnem actionem inepta specie, proficiatur tota.

Quæ hæcenus disputata sunt, eò spectant, vt ostendatur in aspectu saltè ab obiectis in sensu immiti specie, à qua tota propemodum videndi ratio pendeat. Ià rursus tota illius vis & de nominibus natura diligentius consideranda est. Cum igitur de specie cognitione loquimur, species formam quandam significat & qualitatem, velut imaginem ac similitudinem obiecti, quod per eam cognoscitur. Propterea species seu forma vocatur. Dicitur autem species seu forma sensibilis, intentionalis, spiritalis sine materia. Sensibilis; tum vt ab intellectu distinguitur; tum quia vt est obiecti sensibilis, & afficit sensum, atque ad sensionem promouet. Intentionalis; ea scilicet acceptione, qua intentio tendentiam significat cuiusque rei in suum finem, seu facultatis in obiectum. Sic enim intentio formaliter est facultatis tendentia in obiectum; materialiter & denominatiue obiectum, in quod facultas tendit. Quare cum sensus per speciem sensibilem in obiectum verè tendat, intentionalis species vocatur. Dicitur etiam spiritalis, non quod à

A materia sit libera (promittitur enim à materiali obiecto, atque in medio & organo materiali suscipitur) sed vel quod subito ac temporis momento producatur; vel quod perquam tenuis sit & cum materia mixta, quam obiectum, permixta: vel quod nullam realem, physicam, & corruptentem perpersionem adferat: immò neque id afficiat, in quo suscipitur, nam oculus non ideò album nominamus, quod albi speciem susceperit. Denique appellatur forma sine materia quod sensibilem qualitatem absque subiecto, in quo re ipsa continetur, renuntiet sensui.

Quod autem Democritus, Leucippus, Epicurus, *Species quid.* & Lucretius conati sunt persuadere species hæc corpuscula esse ab obiecto in sensum immissa; iure optimo fuit à sapientioribus Philosophis confutatum. Neque enim sine corporum & quantitatum penetratione in medio & organo susciperentur. Vt mittam absque obiectorum consumptione atque exinanitione effundi ea non posse; cum totum præsertim aërem illis compleri oportet, dum ex quavis eius parte sensibilia obiecta perleniuntur. Neque in corporea substantia fuerint, si à corporeo obiecto proficiuntur. Neque aliud omnino, quam qualitas. Quoniam præter substantiam, quantitatem, & qualitatem, ad reliqua entium genera non est per se actio; vt est ad species hæc, quæ per se producuntur. Sunt verò qualitates reales; quia re ipsa in medio & organo suscipiuntur. Materiales tamen; quod ex potestate materiae mediæ & organi educantur, in eaque sustententur. At à materia magis eleuata, quam ceteræ omnes; tum natura sua & conditione: tum quod ab obiecto potius producuntur pendeant, quam à subiecto. Eandem enim ob causam & lumen qualitas censetur magis spiritalis; quam reliquæ: & species hæc dicitur habere esse intentionale; non solum, quod habeat esse representatiuum, quo facultas in obiectum tendit; sed etiam quod ab illo esse degeneret, quod in se ipso habet obiectum. Quoniam tamen tota pendet ab obiecto, cuius est imago; ad tandem qualitatis speciem, tanquam aliquid obiecti, pertinet.

Scio non deesse graues viros, qui eam putant eiusdem cum obiecto esse naturæ. Verum si obiectum sit aptum se ipso terminare facultatis actum, nulla speciei necessitas. Si autem non sit aptum, non magis apta fuerit species, quæ natura & conditionis eiusdem sit. Deinde productionis modus diuersus est: Colores ex elementorum permissione nascuntur, species ab ipsis coloribus promittitur. Tum verò qualitates secundæ vim non habent actionis, quæ similes sibi producant: quæ igitur insit coloribus virtus producendi speciem eiusdem naturæ & rationis: colores reales, albus & niger, contrarij sunt & pugnant; nec ad summum intensi subiecto in eodem consistunt, aut eertè permiscuntur; subiectumque afficiunt ac nominant: illorum species nullam inter se contrarietatem exercent, simul in eodem subiecto absque cõfusione vlla atque permissione sunt, nec ab earum tamen vlla subiectum afficitur, aut nominatur. Nulla igitur naturæ communitio, sed diuersitas summa.

Est verò tota species homogena, & vbiq; sibi similis; sicut & sensibilibus qualitas, à qua proficiuntur. Propterea quælibet illius pars æque ac tota obiectum totum representat: atque ex minimo foramine totum vel maximum montem cernimus: &

Duplex
imago
natura
sensu.

Dena-
minati-
bas spe-
cies.

An sit
eiusdem
naturæ
cum ob-
iecto.

An ho-
moge-
nea to-
ta.

in paruo subiecto æquè ac in magno; nec minùs in oculi pupilla, quàm in toto medio, suscipitur. Verè tamen eterogeneam representatione dixeris, dum eterogeneum obiectum refert; quoniam tum vt producatur, tum vt conferuetur, ab illo pendet. Quod de obiecto eterogeneo quoad numerum, diuersitatem, ac situm partium intelligas. Vt enim vnico colore totum est coloratum, sic vnica habet speciem, qua & sensui proponatur, & ab eo sentiatur. Quod si diuersæ partes diuersos habeant colores, pluribus item speciebus cognoscuntur; quod singuli singulas emittant.

Vnde unitate habent.

Accidit n. distincta numero eodem subiecto.

Speciem extensam in partibilem esse.

Intendit etiam & remittit.

Ergo speciei unitas ex unitate obiecti scilicet concreti, quod eam promit, tota pendet. De unitate numeri maior difficultas. Si namque species representantes duo alba numero distincta numero item distinguantur, qui possunt accidentia numero solum distincta in eodem esse subiecto, medio & organo? Si verò sit vna numero, quomodo duo obiecta representant? Equidem dum naturam earum specierum intueor, eas video tantopere ab obiecto pendere, vt facile credam hanc quoque unitatem ita ex eo derivari, vt quot numero fuerint obiecta, totidem sint & species; triaque alba per tres numero distinctas species cernantur. Quod si quis plura accidentia numero solum diuersa in eodem subiecto miretur; is dum de intentionalibus est sermo, mirari desinat: Quod nec afficiantur subiectum, nec tam ab illo, quàm ab obiecto naturam, & ideo unitatem accipiant. Quare vt accidentia reliqua, quæ naturam totam habent à subiecto, illudque afficiunt, nequeunt in eodem subiecto multiplicari, sed eo multiplicato multiplicantur & ipsa; sic intentionales has qualitates necesse est multiplicatis obiectis multiplicari. Et si enim omnia in abstracta albedinis natura conueniant; in concreto tamen diuersæ sunt numero albedines; speciei que concretam, non abstractam, qualitatem representat; neque ab hac, sed ab illa producitur.

Quoniam verò & ab obiecto quanto & partibili producitur, atque ex subiecti quanti & partibilis potestate educitur, in eoque suscipitur, quæcumque fuerit species, siue numero solum siue & specie distincta; naturam omnino & entitatem extensam habebit & partibilem: quemadmodum & lumen, & materiales omnes qualitates. Est enim certissimum illud Philosophorum omnium principium, formam omnem (multo magis accidens) quæ est in materia ex illius potestateeducta, extensam & partibilem esse. Quia quod ex materia educitur, ita educitur, vt ex qualibet materiæ parte formæ aliquid eruat. Quod fit, vt pars formæ sit in parte materiæ, totaque forma in materia tota. Quod nisi ita esset, esset vna & eadem numero species in diuersis subiectis; in medio inquam & oculis plurimis, qui eam suscipiunt. Esti obuolutum quodpiam obiectum sensum & per partes reuolueretur, partesque singula impartibilem sui speciem producerent, si quidem impartibilia copulari & vnum quid efficere nequeunt, essent in eodem medio atque organo ab eodem numero obiecto innumerabiles species numero solum differentes productæ; immò ne numero quidem: cum ab eodem obiecto & in eodem subiecto producerentur. Extenditur igitur & partibilis est.

Intenditur etiam & remittitur, atque adeo ad maiorem vel minorem distantiam producitur, vt obiectum fuerit magis vel minus vehemens, ma-

gis, aut minus propinquum. Propterea ab vno obiecto magis, quàm ab alio, & in vna distantia magis, quàm in alia, permouemur. Quamquam si speciem formaliter consideres, vt est imago, quæ vni habet representandi obiectum, verè dixeris quodammodo impartibilem esse, partemque illius quamlibet, æquè ac totam, integrum obiectum perfectè renuntiare.

Non enim singule obiecti partes suam speciem producant, quoniam partes non sunt actu distinctæ, nec seorsim sensiles, & potestate infinitæ; finitas etiam species emitterent. Sed ex toto obiecto, quod est vnum sensibile concretum, vnica existit species, cuius partes omnes ab illo pendunt, hæque & totum sentiuntur & partes omnes in toto. Et quia pars speciei qualibet est à toto obiecto, fit vt & tota sit homogenea, & quilibet eius pars obiectum totum representet. At quoniam obiectum ea præcipue parte, quæ directè speciem respicit, ad eam producendam concurrat; ex vno aliquo situ pars vna quæpiam obiecti potius, quam alia, conspicitur. Quoniam ea magis parte ad speciei productionem concurrat. Ita quò propius interpositi corporis foramen apponimus oculum, eo maiorem propostit obiecti partem cernimus; plures namque illius partes ad speciei productionem concurrunt, quæ directè & abique impedimento suscipitur.

Speciei igitur huius natura ex his, quæ hæcenus dicta sunt sermè cognoscitur. A quonam vero producatur, magnopere dissentunt eius Auctores. Aut enim eam cogitare possumus à separata quadam intelligentia produci, aut à lumine, aut ab aliqua animæ facultate, aut ab obiecto. Aucenna totum hoc munus tum producendi formatum naturales ex materia, tum sensilem & intellectualem ad sensationem & intellectionem preparandi, separatè tribuit intelligentiæ. Neque dubitauit Aueroes scribere in commentario sexagesimo, oportere in sensu præter obiectum ponere extrinsecum illum motorem, à quo sensilis species exciteatur; quemadmodum ab agente intellectu intellectibilis species producitur. Quare sensile obiectum fuerit vt materia, ex qua species hæc à motore illo exciteatur, vt ex platanimate ab agente intellectu intellectibilis producitur. Quod n. in tex. 17. l. 3. adseret Arist. vt agentem intellectum persuadeat; in omni natura oportere aliquid esse, quod agat; & aliquid, quod patitur; non solum agentè intellectum ostendit, à quo intellectibilis species producatur; sed & agentem sensum, qui perficiat sensilem: Quemadmodum datur sensus patiens, qui eam suscipiat. Næ & species hæc spiritalior videtur, quàm quæ à materiali & corporeo prorsus obiecto produci queat: ad superiorem aliquam causam magis spectare videtur. Ita que vt intellectus Agens Aueroi fuit intelligentia, qui plerique ex eius discipulis volunt esse primi. Obiecti motricem; sic agentem sensum intelligentiæ interpretatur, quæ postremum Lunæ orbem vertit. Illam intellectualem, hanc sensilem speciem procreare.

Quamquam nec de Auerois sententia satis constat. Nam in commentario illo sexagesimo, quilibet certi nihil affirmasset, concludit his verbis: Et debet hoc considerare: quoniam indiget per se ratione. Et Marcus Antonius Timara in explicatione contradictionis trigesima tertia, tum extrinsecum motorem interpretatus est obiectum, quod à sensu speciem percipiente diuersum est; tum prorsus interpretationem contendit hand posse cum

reliqua Averrois doctrina consistere, cui hæc sunt certissima: effectuum sensilium sensiles debere esse causas; ab antiquo & immutabili principio novam actionem non perfici; intelligentias nihil nisi Cælum cognoscere, non item sublanrã & singularias; nihil eas efficere nisi per Cælorum motum & lumen. At hæc quid ad speciei productionem? Aut si lumen præcipue dicitur producere, hoc cælestis corporis proprium est; deberetque is effectus Cælo potius, quam intelligentiæ, tribui. Quod si motum & lumen separet, alia non superest intelligentiæ operatio, quam intellectus & voluntatis: quomodo autem intelligendo, & volendo ex obiectis illas producat? Aut cur non omni tempore, sed solum præsentem lumine? & quis tandem credat, intelligentiam vllam leuissimo hoc opere temporibus omnibus detineri? qui possit tot tamque diversis ac distinctis obiectis per totum mundum sparsis occupari; vt ex omnibus eliciat speciem.

Magis accommodatè dixeris produci à lumine, quod de omnibus sensibus Arabes quosdam sensisse testatur magnus Albertus. Etenim lumen mediæ cuiuspiam est naturæ inter materiales & spirituales qualitates, naturamque speciei persimilem habet, nec minus, quam illa, momento producitur. Quod magis lumen crescit in medio, eò maiorem & copiosorem speciei profusionem animaduertimus. & Philosophus quoque in tex. 18. l. 3. agentem intellectum affirmabit comparatione phantasmatu esse veluti lumẽ comparatione colorum: Quare vt ille ex phantasmatibus intellectile elicit speciem, ita ex coloribus hoc educet sensilem.

Verum si ex aspectu velint illi de cæteris sensibus iudicari, eodemque modo concludi à lumine in illis speciei produci; certius fuerit ex cæteris omnibus de aspectu solo iudicium. Quare cum illi omnes nõ minus in tenebris, quam in lumine, obiecta sua persentiant; si illi quoque vtantur specie, certum fuerit, eam neque in illis, neque in aspectu à lumine produci. Et si. n. hic non nisi aere illuminato operetur, lumen tamen non est efficiens speciei causa. Quoniam illius actio nimis est generalis atque ad effectum omnẽ indifferens: estque alia opus particulari causa, quæ hanc illamque efficiat speciem. Neque aliã operationem habent, quam illuminare & calorem producere. Calor nihil ad rem præsentem attingit. Siue. n. vigeat frigus, siue perurgeat calor, eodem modo species producitur. Lumen verò necessaria quidem est mediij dispositio, vt eam suscipiat speciem, quæ ab alia proficitur causa: At ex poni non potest, quã vim habeat ipsius productricem. Vnde Arist. cum agentem intellectum persimilem faceret lumini, non dixit, lumen absolute colores facere actu aspectabiles (sunt. n. ipsi sua natura aspectabiles) sed quodam modo; hoc est, addendo conditionẽ illam & dispositionem mediij per necessariã. Ita lumen ea ex parte conuenit cù agente intellectu, qua quoquo modo concurrit ad efficiendos colores actu aspectabiles; quemadmodu intellectus agens suo lumine phantasmata facit actu intellectili. At ea discrepat, qua intellectus agens id efficit vt præcipua causa, lumen inuat solũ vt dispositio quædam & cõditio necessaria; vbi alia adest præcipua causa, quæ speciem producat.

Quid ergo? Num in sentiente anime parte duplex erit sensus; alter agens atque ex obiectis sensilem procreans speciei; alter patiens eamque suscipiens? Quemadmodu in intelligente & est agens intelle-

ctus & patiens, ille ex phantasmatibus producens; hic suscipiens intellectilem speciem: Apud Ar. intellectum quidem agentem legimus; quod intellectiles species, immateriales, vniuersaru naturarum imagines, & diuersi omnino ordinis & conditionis à phantasmatibus, essent producenda. At agentem sensu non legimus, quoniam sensiles species, vt eiusdem ordinis sunt; sic à sensilibus ipsis obiectis produci queunt. Neque sensus vitalis animæ facultas operationẽ habere potest, nisi vitale, atque in animali contentã, non itẽ in externa obiecta transeuntem. Et cum idẽ obiectum ab hominibus plurimis aspiciatur, à quonam illorũ sensu, aut quomodo ab omnibus simul species illius producitur? At quomodo ab externo obiecto determinetur sensus agens ad speciem in patiente sensu producendã? nõ si obiectum remotu id possit, cur non etiã possit illud idem sine specie determinare sensum ad sensilonis actum promendũ?

Ex hac tota disputatione licet concludere, speciem hanc ab obiecto ipso sensili, cuius forma est & imago, produci. Hoc voluisse videtur Philosophus omnibus illis in locis antea cõmemoratis, in quibus ab obiectis significauit immitti aliquid in sensum. Et in tex. 59. habet hæc verba; huius operationis actiua extra sunt; aspectabile, audibile, & sensilia reliqua. Et t. 67. & 73. color mouet aërem illuminatũ, ab hoc autẽ mouetur sensoriu. Et tex. 121. Vniuscuiusque sensus patitur ab eo, quod odorem habet aut saporẽ, aut sonũ. Et in l. de sensu, & sensili c. 2. Sensile facit agere sensũ. & c. 6. Cum sensilia omnia obiecta numerasset, hæc adiecit; actiuũ est vnũquodque iporũ sensus, in eo. n. quod possit illũ mouere, dicuntur omnia; ac demũ cũ in sensu perfectionem quandã posuisset, actionem obiecto tribuit. Etenim corporea quædã & materialis qualitas cum sit species; velut imago & omnino aliquid obiecti, in eũ sine instituta, vt per eam percipiat sensus obiectum; quid aliud credi potest, quã illam ab obiecto produci? præsertim cum ab eo tãtopere pendeat, vt nec produci nec conseruari absque illo possit, mutatoque obiecto & ipsa statim mutetur. Nimirum in aliquo genere causæ ab eo pendet. Non formæ; quia & est extra obiectum, & diuersã habet naturã. Nec materiæ; quoniam eius materia & subiectũ est perspicuũ illuminatũ, mediũ, & organũ. Neque finis; is. n. potius est visio, & facultas operã. Superest igitur efficiens causa, à qua illa non secus propagetur, quã à lucido corpore lumen. Denique si propterea est necessaria, vt obiectũ cum facultate iungatur, illique repræsetetur quemadmodu est in se, atque id præstat, vt quedam est obiecti participatio: Sanẽ hoc nihil est, quod naturam viresque obiecti excedat, aliaque superiori indigeat causa.

Cum verò Albertus eas prodidit ab obiecto produci, non quoad esse illius materiale & extensũ, sed quoad formale essentia: ab ipsa, in qua, obiecti forma, non vt est in materia, sed vt diuinitatis participatio, qua vim habet multiplicandi seipsã. Et falso illo visus est niti fundamento, speciem immaterialem esse & spirituale, vt ideò ab obiecti forma, quatenus est in materia, produci nequeat. & meminisse omnino debuisset, actiones omnes suppositorũ esse, & eorum, quæ existũt, seu potius per se coherent. Intellexisset. n. nõ albedinẽ, sed albũ, hoc est formam in materia existentẽ & concretã, totũque materialem & concretũ obiectum esse illius operis Architectum. Hoc illud est, quod existit, atque à nobis

Quarta opinio.

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

Intelle-
ctus
agens
est
simi-
li
lumi-
ni.

Tertia
opinio.

vt pro-
ducatur
ab obiecto.

per speciem cognoscitur. Non. n. albedinem, sed album; non formam vniuersam atque à materia liberam, sed singularè, concretam, & in materia existentem cernimus: neque species solum formæ essentiam sed totum materiale obiectum repræsentat. Tota igitur à toto producitur; quâuis ratione potissimum illius formæ, qua totum corpus existens est sensile. Eademque conditione, qua cæteræ omnes qualitates: ad certam, in quâ, & determinatâ distantiam, maiorè aut minorè, vt vehementius minusve vehemens obiectum fuerit, & intensior ac robustior in minori, quàm in remotiori distantia.

*In quo subiecto produ-
citur.
An sus-
cipiatur
in facul-
tate.*

Iam verò subiectum, ex quo producitur, perspicuum est illuminatū. Ad esse. n. oportet lumen. At non desunt, qui in organo susceptâ, putent itē in facultate suscipi. Nam & sensū scripsit Ar. ab obiecto pati, formæque suscipere sine materia; & id genus alia, quæ in facultate quoque ostendunt suscipi. Verum si omnes hominis facultates verè antea demonstratum fuit in sola inesse anima, non in organo; adhibenda erit distinctio; vt in animalibus quidem cæteris, quæ facultates habent extensas & organo inhaerentes, species in toto coniuncto ex organo & facultate suscipiatur. At in homine in solo remaneat organo, nec vllū habeat ad facultatem accessū. Vt. n. qualitas est materialis & extensa; sic subiectū postulat materiale & quatum: Primumque suscipitur in organo, ex cuius potestate educitur: deinde si facultas cū organo fuerit extensa, ad eam quoque deriuatur; sin minus, specie in solo hærente organo vtetur facultas.

*Sensu
vt ani-
ma. &
corporis*

Vnde duo planè intelligimus admirabili arte instituta in natura. Alterum; in his sensationibus, quæ totius coniuncti operationes sunt, ita fuisse cuncta disposita, vt aliquid esset anime propriū, & aliquid corporis: anima facultas & cognitio, corporis organum & species, seu organū specie instructū. Vt omnino ex accideret fiat, si in quibusdā propter animæ imperfectionē facultas simul sit & quasi confusa & permixta cū organo. Rursū quoniam ad hanc operationem oportet materiale obiectū concurrere; factū est, vt duo essent illius principia; vnū ex parte animæ, alterū ex parte obiecti; anima per facultatem concurreret, obiectū per sui speciem. Et ideo facultas per se remanet in anima, vt illius virtus ad agendum; & materialis obiecti species in organo itē materiali, tanquā qualitas & similitudo obiecti.

*Secundū
specie-
rum ge-
nus.*

Alterum; vt intellectio & sensio diuersæ sūt cognitiones, illa immaterialis & propria facultatis ab omni corporis conditione abstracta; hæc materialis & quæ sine corporeo organo nō perficiatur: ita diuersas prorsus species accepisse à natura; intellectuales & immateriales illā, hæc sensiles & materiales. Quapropter æquum quoque fuit, vt alia atque alia essent specierū harū subiecta; intellectiui sola anima, eiusque facultas, patiens intellectus; sensiliū solum corporis organū per se, nō item facultas, nisi quæ cū organo esset permixta. Quæ omnia & summam opificis Dei sapientiæ & magnā effectū operis, animalū in quâ ac præcipue hominis, præstantiam ostendunt. Propterea verò affirmant Ar. sensum ab obiecto pati, & illius specie suscipere, quod aut de sensu brutorū animalū & per se, nō in homine & meliori am. a cōsiderato, loqueretur; aut sensum dixit non solā sentientē facultatē, sed facultatē cū organo cōplicitā. Sic. n. verè sensus ratione organū speciem suscipere ac pati confir natur.

Quæ de speciebus hisce fuerunt hæcenus dispu-

A tata, subtiliter sanè excogitata, atque à plurimis ite-
recepta sunt; vt eorū omnīū, quæ de sensibus ac re-
tione cognoscēdi traditū, quasi certū principium
ac firmū fundamentū accipiantur. Mihi tamen non
parum incerta, & verò magnopere suspecta videntur.
Primum. n. non defuerunt permulti & graues
Philosophi, qui contra illas pugnant. Platonicos
non cōmemoro, qui extramissione perfici visio-
tradiderunt: nihilque animā posse à corporibus sus-
cipere, quod actus sit iudicioris, nec mouetur à
corpore; sed ipsa potius motio omnis corporeæ
sit autor. Si quidē mouens & perficiens, melius mag-
is que absolutum, quā res mouenda & perficienda,
esse debet. Neque antiquos illos, qui simile à simili
cognosci voluerunt. Neque eos, qui facultatem
dixerunt immutare medium, qualitatē aliquam im-
mittendo; mediūque immutatū immutare ob-
iectum, actūque sensile facere. Galenus quidē cer-
tē in 7. li. de Hippocratis & Platonis decretis, ca. 1.
hoc argumento vsus est: quod numquā videt posse
semus veram obiecti magnitudinem, quod Idolum
rei tam magnæ oculis nostris nō potest obici. Re-
ieicisse quoque Porphyriū in l. de sensu, auctor est Ne-
mesius l. 4. Philof. c. 2. sed multis hoc argumentum
persequutus est Plotinus in l. de Visione, & l. de sensu
& mem. Ad hunc. n. modū ratiocinatur. Per cor-
poreum organum necesse est sentire. Nam in intel-
lectili quidem mundo anima sine corpore viuat: ac
sentire non est intellectilia, sed sensilia percipere;
animam igitur oportet sensilibus quasi contigua &
eiusdem nature consortē factā esse, vt ea percipiat.
Sic. n. per consensum & compassionem cū sensilibus
obiectis fit sensio. Neque propter lumen inter vi-
sum & colorem opus est corpore medio, argumen-
to est, quod densiora & opaca omnino visionē im-
pediunt, rariora & perspicua hoc solā habent, vt illi
non obstant. Verum si adfit mediū, necesse non est
illud pati quidquā; quoniam & dū à pisce Narce pisci-
toris manus patitur, nihil patitur calamus melius
obiectorū verè speciebibus nequaquam formari aut fi-
gurari, siue mediū, siue organū sensus; multis modis
ostendit. primum sub obscura nocte igniculus longis-
simè distans & sidera conspiciatur; nec tam è aëre
nebuloso effunditur species: neque dici potest ignis
per aërem fundi vsque ad oculum; nā hoc sensus
pugnatur; & si ita esset, minima quæque ceruere-
tur in aëre, non solus ignis. Deinde si patitur mediū,
cōditione corporea patitur, velut in certa impri-
muntur figura certajigitur obiecti pars in certa mediū par-
te figurabitur, partemque mediū cōtigua oculo tantū ob-
iecti partē redderet, quā pupilla est atque obiectū
totum cernitur, neque ex directo modo, sed & tergo,
& vbi cumque fuerit. Tū verò priusquā lumen per-
ueniat od oculū, sepe dum adhuc est alibi; conspi-
cimus tamē ea, quæ sūt ibi; ad videndum igitur opus
non est, vt mediū & organū patiantur. Præterea,
quādo aliquid cernimus, illic aspiciamus vniueque at-
tingimus, vbi est ipsum sensibile, quasi perceptio
ibi fiat, animaque extra percipiat. nulla ergo in anima
suscipitur forma. non. n. opus foret extra percipere,
si in se videnda rei speciem possideret. Accedit,
quod nō posset visus interuallū, quod inter obiectū
est & sensū metiri: immò nihil distare obiectū vide-
retur. Quantitas quoque obiecti nō perciperetur, ne-
que cœlū pupilla maius iudicaretur. Denique nō cer-
neretur obiectū, sed forma oculo impreta, cui illi
umbra. Hæc Plotinus disputat, omninoque conficit
sentire non esse à rebus sentiēdis pati, sed à circa illas
agere: meminisseque & reminisci non esse consistere
atque

atq; repetere formas reru animo aliquando impres-

Et Lactantius quoque Firmianus in li. de opificio Dei cap. 8. Visionem confirmavit propterea potius fieri, quod animae virtus per oculos pellucidos, & transparentes tanquam per fenestras transpiciat ea, quae sunt opposita. Et omnino vniuersum hoc disputationis caput exposuerunt diligentius inter scholasticos Theologos dum de Angelorum cognitione differenter, Durandus in 2. senten. distinctione 3. q. 6. & li. 4. dist. 49. q. 2. & Gulielmus Ochamus in 2. l. q. 14. 17. & 18. & Gregorius Ariminensis i. li. dist. 3. q. 1. & li. 2. dist. 7. q. 3. & dist. 43. q. 7. & Gabriel Piel li. 2. dist. 3. q. 2. Et inter medicos Thomas de Garbo in sua summa q. 63. Quamquam Gregorius in interiori sensu admittit. Exterior non eget, quod adsit obiectum; quare si specie afficitur, non ideo afficitur, vt per illam sentiat; sed vt species per eius organum permeas cerebro mox impressa vsui sit phantasia, ac interiori sensui in rei absentis cognitione. Ceteri nulla omnino specie opus esse demonstrant; sed obiectum ipsum in congruenti distantia immediate sentiri exteriori sensui; interiori autem, ubi semel simul cum exteriori cognouerit, posse sepius recognoscere.

Durandi proprium est illud: In animali spiritu interdam fieri sensiles impressiones, quae remotis obiectis conferuantur; dumque interiori obiectiuntur sensui, si in illis cognitio sistat, erramus rerum imagines iudicantes res ipsas esse: sin autem vt aliorum imagines apprehendantur, existunt nobis memorandi principium.

Horum sententia mihi semper magno opere probata est; nec vnquam species haec tato opere necessarias iudicauit, quin sine illis sensus omnis operatio perchi queat: siue sensum ipsum conuulsamus; siue Aristotele, siue ratione. Sensus eas nullus percipit; neque aliud ad sentiendum deprehendit conuenientiam, quam facultatem, obiectum in conuenienti distantia, & medium opportunè dispositum. Ipsi illarum assertores tradiderunt, eas coloratas non esse, nec sensibili alia qualitate affectas, qua sentiri queat. De Aristotele non immeritò dubitares, si ea tantum audires, quae ad specierum patrociniu commemorata fuerunt. Sed & illa suis siue locis explicabuntur; & haec interim intelligantur.

Si sentire dixit esse pati quoddam, mutari, & alterari; aut de sensu vniuersè loquens in eius organo vidit obiectu ipsu reale suscipi, in tactu, gustatu, odoratu, auditu, atque aded in aspectu lumis; neque colorum propriam actionem deesse, quatenus luminis admixtione constat. Aut pati voluit & alterari, non recipiendo speciem, sed sensatione velut obiecti formam. Propterea sensum dixit, hoc est facultatem, in qua sensu suscipitur; non organum, in quo species. Ita interpretati sunt Alexander, & Philoponus. Mutatio sensus, inquit Alexander l. 3. naturaliu questionu c. 3. non fit per alterationem; neque vt in iis, quae corruptuntur; sed vt id, quod in seipsum conuertitur; hoc est suam actionem suscipit. Id. n. agit & patitur. Et Philop. Commentario in tex. 127. Sensus fit id, quod sensile; non albus factus aut dulcis, hoc est non susceptione obiecti aut speciei illius; sed sensilis formam sine materia suscipiens. i. puras eorum rationes cognitiuè impressas, & insculptas habens; hoc est actu ipsum cognitionis, velut puram rationem & formam rei cognita. Et rursum. Non coloratur sensorium, nec fit bene olens, nisi secun-

dum formam. Dico autem ipsam sentientem facultatem (susceptio igitur formae sine materia non est speciei receptio in sensorio, sed cognitionis in facultate) Propterea addit; nam & corpus à calore patitur, & tactius sensus; At sensus à sola calidi forma cognitiuè patitur, sensorium vero vt materia subiectum calori effectum.

Externa portò obiecta sensationis dicuntur actiua; quia aut re ipsa in organo suscepta, aut certè intra actionis sphaeram posita sensum determinant, & ad sentiendum excitant; & circa ea est & terminatur sensio. Non, inquam, agunt & mouent vt efficiens; sed vt finis & appetendum: vel vt causa, sine qua non mouet. n. seipsam anima, sed non sine externo obiecto. Sicut & appetitus proposito obiecto excitatur, nihil tamen obiecto in eum agente. & Plato acculabat corpus quasi causam improbitatis anima; non quod corpus quidquam in ea ageret; sed quod illa ob nimium cum corpore commercium à se ipsa vitaretur. Sic. n. Simplicius quoque in textum 52. de sensu ab obiectis motione philosophatus est. Propterea sentire non est in nobis, quando volumus; Non quia obiecti presentia opus est. Sensus post sensationem est obiecto similis, quia formam eius, hoc est sensationem accepit, haecque est forma sine materia, quam sensus suscipit. Haec imagines & picturae obiectorum in anima; haec impressiones ab obiectis factae.

Hanc Graecorum interpretationem fuisse reperies; qui speciem nil esse aliud tradiderunt, quam sensationis actum, & notionem ab eo formatam, atque expressam. Ita loquutus est Themistius in 3. lib. de anima c. 14. & pluribus in locis Alexander. Quare in i. de anima ca. 26. Sensum dixit speciei susceptionem efficere; sensationis, n. artifex est, & c. 24. de formari nos & figurari à sensibus, dum sentimus (à sensibus inquam, non à sensilibus) sensumque sensilium formarum susceptione fieri actu, de cognitione ipsa interpretatus, hoc argumento probauit; quia suscipere formas cum materia, est fieri subiectum eius, quod suscipitur: at sensus non est talis nam ethi organum patitur qualitate reale suscipiens; sentire tamè non est pati, sed iudicare atque discernere.

Deinde nullam aliam in interiori sensu vim specierum coferuatricem posuerunt, quam quod phantasia vim habeat imaginandi & formandi ea, quae sentit. Haec ipsa sunt Themistij verba. Quod si in interiori sensu nil aliud est species, quam phantasiae operatio; multò magis in exteriori nil aliud erit, quam illius sensio. Alexand. quoque c. 19. li. notati; Quemadmodum phantasia dixit motionem quandam esse, per quam nobis simulacra quae piam gignuntur in anima; & omnino definitur *τὸ συναίμα*, hoc est figuratorem & formationem imaginum; sic à sensuum functionibus circa res sensiles (non ab ipsis sensilibus) figuram & expressam (non impressam) quandam effigiem gigni affirmat. Sensumque definit potestatem sensilium formarum circa obiecta (non ab obiectis) susceptionem. Rursum Themistius in i. li. de Mem. & Remisc. c. 11. Propterea reliquias & simulacra ex sensuum actione relictæ, velut sensilia interna, non semel exposuit sensum actu appellari; quod functionis sensilis (non obiecti) opera sint, picturae quae expressae à sensu in actu (non ab obiectis impressae). Dumque vim exponeret memorandi. Ex actibus, inquit, quos circa sua obiecta sensus absolunt (non ab ipsis obiectis formantur quaedam simulacra, quae tanquam sigilla & picturae eorum, quae inciderint, iniri nobis atque

Obiecta vt sensationis anima.

Picturas & imagines vt retulis nominant.

Operaria nulla necesse est.

Sentire quomodo patiatur.

in sensu principe, hoc est in corde, constitui, collocari que videntur. Denique cum impressione, effigiem, picturam, figuram, simulacrum nominassent; diligenter uterque admonuit ab usio nem esse vocis; neque hæc proprie dici, sed vocabuli aptioris inopia. Nec enim effigiantur, in quibus, aut configurantur sensus apprehensis, haustisque sensibus. Nam qualis oblecto figura omnino albedini, aut coloris? qualis saporis, odoris.

*Obiecta
quæ mo-
uent
sensum*

Obiecta tamen verè affirmantur mouere sensum; & prius medium, quam sensum; siue actione reali, vel etiam colores vt luminis permissione constant; siue quòd obiectiue moueant, determinent, excitent ad operandum; neque id immediatè, sed per medium. Ex his facile erit cætera interpretari.

Iam & hæc addam, ex quibus quædam fuerit Philosopho sententia, manifestus erit. In tex. 37. Vt animam ostenderet esse quoque efficientem causam animati corporis, omnes species motus commemorat; nec localem solum, nutritionem, & accretionem, sed & alterationem. Alterationis autè principium esse, ex eo cõficit, quòd est principium sensationis, quæ alteratio quædam est. Hæc probatio si quid habeat momenti; non est intelligenda alteratio, quæ fit in organo, suscepto obiecto, eiusque specie. Hæc enim effectus est obiecti, non animæ; sed ea, quæ est in facultate ipsa; dum eam operationem suscipit, cuius principium existit. Nam hæc sola est effectus animæ velut efficientis causæ. Rursus in tex. 54. Sensum affirmat, qui antea erat dissimilis, post fieri simile obiecto; forma illius suscepta, ad quam erat potestate. At ad obiectum reale, aut speciem eius, non sensus, sed organum & materia, potestate sunt; sensus autem potestate est ad cognitionem velut obiecti formam & facultatis actum ac perfectionem. In tex. 57. Sensus passio & alteratio tota in eo ponitur, nõ quòd obiectum, aut obiecti speciem, sed operationem suam operando suscipiat, atque actu primo aut habitu in actum secundum prodeat. Contemplans .n. inquit, fit, quod scientiam habet. Ex quibus omnibus locis facile eos interpretaberis, quibus specierum assertores abutuntur; dum sensum dixit Philosophus passionem quandam esse & alterationem, aut sentire esse pati, alterari, & moueri. Porro in tex. 59. Prima sensus mutatio fit à generante: secunda à seipso; sicut qui habet scientiam potest contemplari. Hoc solo discrimine; quòd qui habet scientiam, exteriori obiecto non eget, vt contèpletur; eget sensus, vt operetur. Nulla hinc speciei mentio, sed obiecti solum præsentis. In tex. 101. Cum saporum materiã dixisset esse humidum; ideoque à nobis gustari, quòd in aqua aut humido suscipiantur & misceantur: colores subiunxit nequaquam ita videri, quòd aut misceantur cum perspicuo aëre, aut perspicuum fiat illorum materia; neque quòd ab eis effluat quidquam, quòd in perspicuo susceptum ad oculos transmittatur: sed perspicuum vice tantum medij fungi. Quibus verbis quid clarius dici poterat? Si species ab obiectis emitterentur, nonne visio per effluxum rei cuiuspiam ab obiectis fieret? Nonne illud cū perspicuo miseretur? Nonne perspicuum materiæ & subiecti vim habent? In t. 127. Inter inanimatorum atque sentientium corporum à sensibus qualitatibus passionem hoc solum voluit interesse; quòd illa patiuntur, non agunt; hæc & patiuntur & agunt: patiendi autem eundem vtrobiusque esse modum. Quare vt in illis realis solum forma suscipitur, nõ

intentionalis; atque ab ea sunt sensilia, non sententia; ita & in his. Atque facile fuisset discrimen in eo ponere, quòd inanimata reales, sententia intentionales formas suscipiant. Verum de hoc pluribus in eius loci Commentario dicitur. In tex. 147. dubitatione proponit, seu obiectionem, qui hæc, vt sensus, siue communis, siue particularis, contrariis simul motibus moueatur, dum contraria obiecta sentit. quæ nulla esset si per eas species sentiret quæ contrarietatem nullam habere & simul à contrariis obiectis in sensu dicuntur suscipi. est autem maxima dum à qualitatibus ipsis realibus permouetur sensus. Neque eam in t. 148. responsum dedit quæ fuisset optima si speciebus illis vteretur sensus; sed aliam omnino diuersam excogitauit, quæ species eas euertit, vt illius loci cõment. adnotabit.

Quæ fuerit etiam Græcorum interpretum sententia, manifestè satis intelligitur ex his, quæ paulo ante commemorata sunt. Pauca hæc satisfecit addidisse. Nam nõ solum illi, Alex. præsertim & Themist. sensationem tradiderunt tribus duntaxat ab solui, sensili obiecto præsentem, sentiendi virtute, atque virtutis huius functione. Verum etiam apertis verbis vllas ab obiectis emitti species negant, sola præsentia & relatione quapiam contenti. Alex. in t. li. de an. toto c. 34. multis argumentis aduersus eos disputat, qui per simulacrorum in cursum visionem fieri volunt, & in l. i. natural. quest. c. 2. medium inquit, nullum colorem passiuè recipit, sed ab eis mouetur per præsentiam & habitudinem quandam ad ea corpora, quæ proprium colorem habent; subministrando animalibus vt per ipsum colores cõprehendantur. Alium motum nullibi Alex. agnoscit. Sic. n. habet in priorè lib. de an. c. 12. Lumen in perspicuo gignitur, non per defluxum aliquem, neque more materiæ; siue perspicuo excipiente lumen, siue lumine excipiente colorem. Ab euntibus autem rebus, quæ hæc innasci faciunt, subinde facientur. Verum est quædam vtrinque motio, quæ fit in rebus, quæ colorem excipiunt, præsentia quadam & habitu; quemadmodum sunt ea, quæ in speculis suscipiuntur. Et posteriore l. c. 38. diligentissime persequens, quomodo fiat Visio. Patitur, inquit, visus videntem, non quòd defluentia quædam à rebus visis excipiat; sed perspicuo, quod inter visum & rem visam est, alterato quodammodo à visili, & formam à re visili visui representante. Eodem scilicet modo mutari à coloribus medium docet, quo à lumine. Quod nihil aliud significare putat, quã lucidi corporis præsentiam, qua sola perspicuum potestatem fiat actu. Quemadmodum igitur, inquit, præsentia eorum, quæ ad illuminandum apta sunt, hæc perspicuum potestatem esse perspicuum actu; ita quòd actu perspicuum est, colorem rerum visarum tantum secundum quoddam lumen præsentia eorum capit quendam secundum actum recipiens. Color enim perspicui actu motuus est (solum igitur secundum motionis actum suscipit, non speciem, quæ formam & actum primum significat). Propterea addit: Non est autem hæc mutatio, qualem dicimus in rebus alteratis fieri. Nam alteratio est motus & per transmutationem fit perspicuum autem non sic lumen & colores excipit, vt ipsum alteretur: Verum ita pati dicitur, velut si quis eum, qui à dextra alicuius fuerit, pati diceret, cum nec motus ipse fuisset, nec affectionem vllam in se accepisset. Talis est perspicui mutatio per lumen & colores. Præsentia. n. illuminantis aut colorati tale redditur

redidit per speculum, quemadmodum ex habitu-
ne eius, qui addit ad sinistram, fit dexter. Ut au-
tem dexter desinet esse sinister, ubi transigrauerit
sinister, lumen cessat translato illuminante. Si-
militer id, quod videri potest, desinit tale esse, nul-
lam excipiens affectionem per transmutationem,
quæ in ipso fit; sed facta in ipso, quæ alteratio vi-
detur, ex habitu. Addit & lumen & colores in
perspectivo fieri præsentia lucidi, vel colorati cor-
poris; velut umbram per solam interpositi opaci
præsentiam. Itaque ut lumen & tenebræ solam
præsentiam vel absentiam significant; ita visionem,
aut non visionem, præsentia sola vel absentia col-
orati corporis constare. Tertium subiicit contem-
plationis exemplum; quam simul atque inuenit,
qui querit, sciens fit, tanquam tangente intelle-
ctu & per præsentiam scibilis facti sciente. Ita pers-
pectivum sola lucidi aut colorati corporis præsen-
tia fit actus. Tandem concludit, visionem fieri non
per affectionem & alterationem mediæ sed per ha-
bitudinem, situm, & relationem solam obiecti,
quod videtur, ad oculum.

Mitro Simplicium & Priscianum Lydum, qui
animam sæpius dixerunt ob obiectorum præsen-
tiam proferre in actum rationes eorum in se laten-
tes; cognitionique actum esse rerum sensilium exem-
plarem rationem. Si enim forinsecus anima species
reciperet, nõ esset sensio intrinsecus & vitalis actus,
si à rebus velut sigillo obfignatur. Res potius ex-
ternæ suo modo, hoc est materialiter, afficiunt sen-
sum: sed vita organo insita motionem hanc in spe-
ciem immaterialem immutat, atque ita seipsam ad
rerum similitudinem componit. Si enim similitu-
do hæc forinsecus in ea fieret, non posset contrariis
simul fieri similis. potest autem contrariis simul
reddere se similem diversarum rationum prola-
tione. Contraria enim edere potest, suscipere
non potest. Hæc illi. Sed aliqua loca præstat indi-
care. Sicigitur Priscianus loquitur in librum Theo-
phrastræ de anima ca. 5. Anima propterea dicitur rei
sentiendæ speciem possidere; quia illius proferat
rationem, nec villo modo tanquam ab illa formam
aliquam vel figuratam, velut à sigillo suscipiens
& cap. 6. quo modo anima fit similis sentiendæ?
Non quidem ex eo, quod quidquid ab illis recipiat,
sed quia secundum rationem illorum agit. & cap.
13. Arbitror, inquit visionem perfici, nec per sus-
ceptionem aliquam ab externis, &c. Et rursum c.
28. Nihil à coloribus effluit, quod efficiat visionem.
& cap. 30. quidam figurari formarique perspectivum
putant; verum non ita putandum est. & capite 32.
quod videndum est, non per passionem in perspi-
civum agit, quando nec ipsum quidem quod il-
luminat. & in librum de phantasia & intellectu ca.
1. ex lamblico, Neque passio est neque motus, sed
actio impartibilis atque definita, neque suscipien-
do forinsecus figuratur, ut cera; sed ab infinitis at-
que secundum assimilatiuarum rationum produ-
ctionem suscitatur.

Simplicius autem in extremo Commentatio ad
tex. 75. In ipsa, inquit, sensitiva vita per propriam
actionem fit sensilium comprehensio: non quod
à sensilibus patitur, sed quod circa ipsa operetur
& agit. & in com. 38. lib. 3. in sensu operante sensi-
lium imerimuntur formæ, non extrinsecus, sed in-
trinsecus collocatæ ex substantia in ipsa actione, quã
do iam agit. Etenim cognoscitiva actio tota intrin-
secus locata est, quia etiã formæ secundum quas de-

terminatur, intrinsecus positæ sunt.

Sed & Ephesus Michaël ad initium libri de mem.
& remin. imprimi quidem aliquid in sensuum co-
gnitionibus opinatur; sed apertis verbis docet, id
non ab obiectis, verum ab ipsis sensuum opera-
tionibus & actibus in primo sensorio inscribi, ut
figuram, pigmentum, simulachrum.

Denique Philop. comm. a. tex. 69. In aëre simul
agnoscit actum secundum per quandam huic corpo-
ri facultatem insitam sensilium transuettricem ac
sensui renuntiativam: citra affectionem vllam, al-
terationem, aut actum primum. Transcunt, inquit,
per invisibilem aërem colorum operationes, &
visui propria subiecta renuntiant, ipsos inquam
colores: in ipsum quidem sensum agentes, in pers-
pectivum tamen affectum aliquem non immittentes.

Sicut fabri operatio ligno talem aut talem figuram
præbet, in securim autem, per quã operatur, nihil
tale agit, quale in lignum. Sed post multa totum
aërem visibilium imaginibus compleri demon-
strat. Hoc, inquit, est & magis dubium & multo
magis absurdum. Primum enim si aër visibilium
simulachris & imaginibus plenus est, unde inter-
ualla cognoscimus? oporteret enim & qui valde
longè est, & qui propè, eodem modo apparere.
Sed neque oporteret quæ sunt longissimè sensum
effugere: siquidem totus aër omnibus simulachris
plenus est. & quis est vltus, ut statuamus secundum
rectam visus operationes procedere? oportet enim
ea, quæ non longè sunt à nobis, & quæ videre
possimus, quæque aspexerimus, videre; cum totus
aër penitus sit simulachris plenus? cur ergo non vi-
deamus, nisi ad aciem intendamus? Quare in Com.
tex. 102. Non miscentur, inquit, colores perspi-
civum, nec fit eorum materia perspectivum; sed per ip-
sum videntur; neque effluxiones in sensum mit-
tunt. Nam & corpus esset effluxio, & à ventis dis-
pergeretur. Ibidem & in tex. 160. Quando autem
dico, imaginationem esse susceptivam sensilium

formarum, ne putes ei typosã sensilibus imprimi.
A secundis enim delerentur primi typi. Hæc ex
multis proposuisse satis, ut veritatis studiosus le-
ctor intelligat, quænam fuerit Peripateticis de hoc
toto controuersia genere sententia.

Iam verò si rationum momenta querantur; oc-
currit statim, animam facultate instructam vim per
se habere cognoscendi. Neque aliud, quàm cog-
noscendum obiectum requiri. Certam tamen ali-
quam distantiam seruatio portere; non ex parte
obiecti, quoniam hoc sua natura in quavis distan-
tia sensile est, & ab aliis atque aliis facultatibus in-
minori & maiori distantia sentitur. Verum ex par-
te animæ & facultatis, quæ finitã habent ac deter-
minatam agendi virtutem, certam que sibi spha-
ram constituunt, vltra quam nihil sentire queunt.

Fatentur hoc specierum patroni. Tum quod in omni
actione ex parte Agentis consideratur sphaera, quæ
nil aliud significat, quàm distantiam, ad quã Agens
agere potest. Tum quod obiectum per se in eo
spatio non cernitur, in quo effundere speciem af-
firmatur. Etsi enim effundatur species, facultas ta-
men vim tantam non habet. Porro actionis spha-
ra constituta, quidquod intra eam continetur, tan-
gi dicitur ab Agente; aut immediatè quoad suppo-
situm & virtutè; aut certè mediatè quoad suppo-
situm, & immediatè quoad virtutem. Quoniam
etsi inter animal & obiectum sit aliquod aliud cor-
pus, ut aër; virtus tamen sentientis facultatis ad

illud vsque obiectum pertingit. Per similes omnino contactus, tum in actione Caelorum in hæc inferiora corpora; tum in actione torpedinis Piscatoris manum supelaciete, in calefactione nostrorum corporum aëre intercepto, aliisque plurimis, quæ per aliud medium corpus perficiuntur. Hoc solum est discriminis quod cum aliæ sint actiones in illud corpus transientes, contactum habent agentis & patientis actionem alterius suscipientis. At actiones sentientium & cognoscentium facultatum immanentes sunt, constantque contactu agentis & obiecti actionem alterius terminantis, non suscipientis obiecti. In illis contactus est productione alterius formæ in eo, quod tangitur; in his nihil producitur in eo, quod tangitur, sed sola in cognoscente cognitio velut forma obiecti cogniti cum relatione ad obiectum, quod cognitionem terminat. Nam ut animæ facultas operans, ipsæque operationis modus eleuatio est, minusque materialis, quam facultates & operationes purè naturales: sic eleuatio minusque materiali, altiore ac diuiniore constant contactu. Hic sanè tum in aspectu, tum in cæteris sensibus posset esse satis ad eorum operationem perficiendam: omnes enim determinatam habent sphaeram, virtutisque contactum.

sensum
diff. v. d.
sua.

Duo tamen sunt sensus, tactus & gustatus, qui materiales maximè cum sint, realis formæ susceptionem postulant. Reliqui tres, qui spiritalem magis habent operandi modum, sine illa constare posse videntur. Nec aspectus modò, sed & auditus, & odoratus. Ut non sit semper opus aure aut naribus sonum aut odorem re ipsa suscipi: sed persæpe factum sit si hæc qualitates intra illorum sensuum sphaeram gignantur, ut posita congruenti distantia possint illi de obiectis suis iudicare; nil aliud, quam cognitio is actum, suscipientes. Satis enim à presentia & contactu hoc obiecti intra sphaeram actionis facultatis positi ad operandum determinantur. Ut autem minor aut maior fuerit distantia, magis aut minus perfecta erit operatio, & interdum cum sensus lesione. In vacuo nulla esset, quia nullus contactus. Virtutis namque contactus mediatum saltem suppositorum contactum postulat.

Hæc omnia certissima, planeque necessaria videntur ratione concludi. Verùm & hæc specierum assertoribus proponantur. Primum, eas dicunt ab obiectis produci. Videant, nihil agere supra suas vires posse, neque formam corpoream spiritalem, aut partibilem & contrariam, impartibilem aliam & non contrariam inducere. hanc enim ob causam agentem intellectum excogitarunt Peripatetici. Doceant quanam sit illa obiecti virtus, qua producantur, atque ex medijs & organi potestate educantur. Colores enim qualitates secundæ sunt, minimè solertes atque ad agendum efficaces. Nec tamen sine actione, agentisque virtute potest ex materia forma vlla educi, siue realis ea sit, siue intentionalis; modò sit entitas quæpiam. Eductio quippe est actio. Deinde effundi asserunt ad certam vsque distantiam, vltra quam nullæ omnino producantur, quod agentis virtus finita constitutam habeat suæ actionis sphaeram. Ergo si in termino sphaeræ aut extra illam aspectus quispiam ponatur, acutiore multò ad perspiciendum, quam omnes illi forent, qui intra illam percipiebant obiectum: Negari haud potest acutiorem & robustiorem facultatem plus aliquid posse, quam obtusio-

rem ac infirmiore, cum illa ex longinquo se semper spatio operari debeat. Quod si operetur, & obiectum illud persentiat, iam non fuerint species ad cernendum necessaria. An igitur & videbit, quia acutiore & ad operandum robustior; & non videbit, quia caret specie, sine qua operari non potest? Tum verò eas d. spergi fatentur in orbem, totumque complere medium actionis obiecti sphaera contentum. Oporteret igitur æque visione recta obiectum videri vbicumque esset, siue directè oppositum oculo, siue non directè. Quoniam æque vbique species adesse repræsentans, fieretque visio æque in orbem.

Hæc per specierum spectant demonstrationes quibus visionem ostendunt per radios fieri ab oculo ad obiectum protensos, & non per speciem ab obiecto in orbem sparsam. Per conum, inquam, cuius cuspis in oculo & basis in obiecto. Quod certè visionem confirmat sola facultatis circa obiectum virtute perfici, non aliqua re ab obiecto immissa, solamque obiecti præsentiam satis esse. Nam si visio speciei receptione perficeretur, vt duo sunt oculi, in quibus species suscipitur, & in vtroque inest facultas animæ; ita quodlibet obiectum appareret duplex: præsertim si, vt nonnulli voluerunt, nil aliud sensio sit, quam speciei susceptio. Quod si absque specie cernamus, vnum certimus, quia vnum vtrique oculo cernendum proponitur. Præterea dum in specie repræsentandi vim inesse tradunt, coguntur concedere id, quod maximè negant: oportere eam primum cognosci, vt illius cognitione aliud cognoscatur. Quod enim respondent, quoddam esse imaginis genus, quod ad aliud cognoscendum moueat, non tamen ipsum cognoscatur; hoc ipsum est, quod agitur. Fieri enim non potest, vt ad ignotum cognoscendum ducamur per id, quod penitus non cognoscatur. Neque vllum aliud est in natura exemplum quàm hoc, de quo disputatur. Reliquæ omnes imagines prius ipsæ cognoscuntur, tum ad alterius cognitionem excitant; ideoque aliud repræsentant, quod ipsa sint tales. Cæterum album, magnum, armatum ideo cernimus in statua; quod ipsa sit alba, magna, armata. Quo modo igitur coloratum obiectum, tantaque quantitatis repræsentet species, quæ nullum colorem habeat, nec quantitatem tantam, quanta percipitur? At ex quâ causa vim eam habet repræsentandi? maximè videretur ex obiecto à quo producit. Verum si obiectum vim non habet repræsentandi seipsum, quomodo potest eam speciei tribuere? An ergo ex aëre medio? Aëris nihil repræsentat; neque hoc magis, quam illud; neque aliam vim habet, quàm illuminati perspicui, per quod quiduis videri possit. An demum ex animal? At ea est, cui fit repræsentatio; estque indifferens ad imaginem omnem & repræsentationem admittendam.

Mitto plurimas, easque maximas difficultates, quæ circa totam harum specierum naturam occurrunt. Quomodo producantur, aut produci ab obiecto queant. Quomodo illuminatus aër speciebibus & imaginibus hæc subito repleatur, recedentque lumine omnes intereant. Quomodo infinites producantur & intereant in oculo, quoties is aperitur & clauditur. Quomodo in eodem aëre, eodemque oculo innumerabilium obiectorum species absque permixtione vlla versentur. Quomodo

Quomodo contrariorum pugnantiumque obiectorum species simul suscipiantur. Si enim nil aliud sunt, quam eorum participationes; si illa sint contraria, species quoque pugnantibus esse oportet. Quomodo accidentia plura numero solum distincta, plures inquam plurimum alborum species, in eodem subiecto simul esse queant. Quomodo minima species ingentissima obiecta representent. Num partibilis sit, an impartibilis. Num eiusdem naturæ cum obiecto, an diuersæ; aliaque plures his similes.

Planior fuerit & expeditior sensuique ac rationi magis accommodata philosophandi ratio, si obiecto in congruenti distantia, hoc est intra sentientis virtutis spheram posito (sic enim & cum facultate coniungitur & eam determinat) medioque ut par est affecto, fieri omnis sensio dicatur. Nihil namque in natura admittendum est frustra, nec absque summa necessitate multiplicanda entia. Possunt autem optime constare omnia sine specie; tum ex distantia & proportione alia atque alia obiecti & facultatis; tum ex diuersa medij dispositione & natura; tum demum ex luce in oculo suscepta, aut vario situ & dispositione organi.

Nam post diurnum albi vehementioris intuitum propterea nobis omnia videntur alba, quod ad cernendum obiectum suum natura valde aspersibile, per exiguum natura spiritum conuocauit, eodemque modo cernimus quousque copiosior accesserit. Vtitur natura spiritum ad videndum, eodemque modo videmus quamdiu eadem est spiritus conditio. Accedit diurna nimis, vehemens, & antea antecedens sensio. Nam quia circa vehementem obiectum adhibuit natura magnum conatum, vt vehementem eius actionem sustineret; sit vt aliquandiu illud ipsum videatur sibi videre. Ad est & vera luminis actio: luminis, inquam, tum medij, tum obiecti. Cùm enim color res permissione luminis constant, lumine illo se ipsa agunt & in medium & oculum; similemque in illis lucem producant: aut crassiores aliam fortasse qualitatem; luce scilicet coloris quoquomodo permixta, aut certe illo affecta: quæ non solum visionem non iuuet, obiectum representando; quin impediatur potius, facultatem perturbando: Quamdiu autem ea qualitas in oculo residet, quid mirum si eiusmodi esse obiecta omnia videantur? Sanè hoc non in omnibus obiectis euenit; sed in extremis solum & vehementibus: maxime in albo, quod plurimum habet lucis. Non item in medijs; quæ tamen non minus, quam illa, specie sui dicuntur producere. Alexander tamen in priori libro de An. ca. 18. & in posteriori cap. 38. Oculum quidquam passum fuisse negauit; sed eum respondit imaginationis esse effectum; quæ aliquandiu post rem visam potest imaginari.

Quod autem visus hominis notitiam interiorem statim formemus, quam antea nunquam formare potuimus; nequaquam ostendit susceptam fuisse illius speciem; sed nexum magis facultatum, sensusque interioris aut intellectus pendenciam ab exteriori sensu; vt phantasia aut intellectu nihil possimus concipere, quod non fuerit exteriori sensu perceptum: vbi verò quidpiam hoc sensu perciperimus, facile sit & interiori sensu & mente percipere.

Ea, quæ apparent in speculis maiorem habent difficultatem; vt propter hanc solum dixerit Durandus excogitatas fuisse species. Verum nonne & Al-

cinous in li. de doctrina Platonis cap. 18. & alij graues Philof. in solam luminis reuerberationem reulerunt: & dum illi specierum subsidium quarunt, in maiores se coniciunt angustias. Aut enim representatio illa quidpiam est in speculo, aut non: si aliquid sit in speculo, nil aliud sanè fuerit, quam species. At speciem negant ipsi videri, esseque similitudinem, quæ nostrum obtutum terminet. Deinde accidens non mouetur nisi subiecto illius moto: representatio mutatur non moto speculo, mutaturque speculum non, mutata representatione, si obiectum non mutetur. Nullum item accidens quantitatem habet aut dimensiones, nisi in subiecto, in quo etiam representatio hæc suas secum adfert dimensiones, propriamque obiecti figuram retinet: perinde ac si nihil sit omnino in speculo, sed sola ad obiectum representatum relatio; quæ idè mutato illo mutetur, quemadmodum relatio queis mutatione termini. Tum verò libenter discerem, num ea species sit in profundo speculi, an in superficie. In profundo esse non potest. Quomodo enim tenuissimum accidens ab externo immisillum obiecto ad solidissimi ac densissimi corporis profunditatem penetret? Præsertim quod ea magis apparet in profundo, & verò vltra speculum; quò magis remouetur obiectum: hoc est, quò debilius est & imbecillius ad agendum. Quòd si in superficie dicatur esse, reclamabit sensus, qui omnino cernit in profundo & vltra speculum. Nimirum hoc propterea fit, quoniam maior est distantia. Accedunt ea, quæ in secundo libro communis Perpectiæ in expositione propositionis 19. afferuntur ad ostendendum, formas apparentes in speculis (hæc est propositio) per impressionem idoli in speculis factam minime fieri. Tum quia in ferreis quoque, & adamantinis speculis, in quibus perspicuitas nulla, quæ impressionem suscipiat, res eodem modo representantur. Tum quia vt species in toto susciperetur speculo, sic in qualibet illius parte representaret. Tum etiam quia representationis quantitas maior speculi quantitate non esset, remque nobis proponeret in ipso speculo, non vltra speculum. Denique apparent multa in eo loco, in quo species non suscipitur: Atque in eo, in quo suscipi affirmatur, nihil representatur. Nam quæ sunt ad dexteram speculi partem, in eadem parte apparent; non solum vltra, sed etiam extra speculum, vbi nulla suscipi potest species: & in parte sinistra opposita, totaue speculi superficie, quæ speciem suscipere existimatur, nihil videmus. Idem & in iis apparet, qui iuxta fluminis ripam incedunt. eorum enim corpora in eadem parte representantur sub terra; quò nulla produci species potest. Si igitur nec species, nec reale quidquam inherens in speculo nobis representatur, representationem illam necesse est dicere nil esse aliud, quam præsentia relationem ad obiectum in tali aut tali distantia ac proportione ad facultatem. Ita planè sensit Seneca libro primo naturalium quæst. cap. 5. & 15. magnopere species illas in speculo susceptas irridens; & Alexander in cap. 38. ante notato ita rem exposuit, vt nihil suscipiat speculum, neque patiat quidquam; sed quemadmodum dextrum & sinistrum relationem solum significant, sic præsentis obiecti representatio eiusmodi quidpiam sit. Et vt corporis vmbra nihil est aliud, quam illius corporis oppositio; ita & imago, quæ apparet in speculo.

Duplex enim est videndi modus, vnus rectus,

*Visio
duplex,
recta, &
reflexa.*

alter reflexus. In visione recta duo duntaxat conueniunt, facultas & obiectum illuminatum in congruente distantia & directè oppositum cum medio perspicuo. In reflexa verò tertium quoddam corpus requiritur, quod representare possit obiectum, quod directè non est facultati propositum. Hocque Alexandri item sententia oportet esse corpus densum, politum & splendidum; vt speculum aut eiusmodi aliud oculo directè oppositum. Etenim hæc corpora ex propria natura perspicui terminati, densi, ac politi, si lumen accesserit, vim habent corpora sibi proposita in tali aliqua distantia representandi. Quod sensu & inductione manifestum est, tum in aliis plurimis, tum in oculi pupilla, propter talem nimirum naturam. Vniuersè igitur propterea visiones huiusmodi reflexæ fiunt, quod præter obiectum & facultatem tertium adest corpus aptum representare, quando inquit Priscianus in librum de anima cap. 33. per specula spectantur vultus, sit ibi visionis ipsius reuerberatio quedam in formam primam; non secundum passionem, sed secundum actionem. An non & specierum patroni tradunt, in speculo & similibus corporibus nihil cerni, sed speciem ab illis ad oculum reflecti, illique obiecta representare? At cur hæc ipsa representatio in corporis conditionem non referatur? Et si specierum ea est vis, cum non minus à non teris & impolitis corporibus reflectantur, cur ab illis nihil nobis representant? An quia tunc non vniuntur? At cur tandem à politis potius, quam ab impolitis reflexæ vniuntur? Facilius sanè huc atque illuc disfluere à terfo & polito corpore, præsertim conuexo. Quod si non tersum ac impolitum corpus sit concauum, nonne magis deberet vni, quàm à terfo & polito, plano ac conuexo? & tamen ab hoc representatur obiectum, ab illo non item.

Verum de his fortasse plura, quàm æquitas causæ postulabat. Illa ipsa autem est ratio, quod in speculis vel etiam ea cernantur, quæ sunt post tergum. Curque alia atque alia concaui sit & conuexi speculi representatio. In concauo inuersa facies cernitur, quod superior speculi pars inferiori, & inferiori superiori apta sit representare: perinde ac si plura essent specula, quorum vnum alteri representaret. Minus etiam representatur obiectum in concauo, maius in conuexo: Quoniam pauciores in illo, plures in hoc partes ad representandū concurrunt.

*Baculus
fractus.*

Iam baculus rectus apparet fractus; quia cum per diuersa videatur media, vnum rarius, alterum densius, in alio atque alio apparet situ. Deinde vt aqua est densior, ita si fuerit illuminata, est Alexandri quoque iudicio per se apta representare; non minus, quàm cætera polita corpora. Nam & aquam insipientes faciem nostram, lunam, & alia corpora intuemur. Itaque dum illam baculi partem, quæ est in ipsa, perinde representat, ac si in plana eius superficie iaceret; quid mirum, si baculus fractus iudicetur?

*Calculus
in
aqua.*

*Quæ
videntur
in aqua.*

Calculus in vase apparet super infusa aqua in eo loco, in quo antea non apparebat: non propter speciem aquæ impressam, quoniam ne ita quidem cerneretur, cum nec species ipsa sit sensibilis, nec obiectum directè facultati oppositum; sed quia in reflexa illa visione concurrunt tertium corpus, aqua; quod antea non concurrebat, eiusque virtute potest in eo situ apparere, in quo sine illius concursu non apparebat. In eadem aqua, etsi non semper, interdum certè res apparet maior, quàm sit; quia medium crassius (si pura fuerit & clara, vix diuer-

Asitas vlla) & quod crassius fuerit & magis impurum apparet maius. Cumque ipsa item vim quandam representandi habeat, potest rem quamlibet paulo maiorem oculis nostris proponere. Quod si agitur, quid mirum, si maiores adhuc res & inter eorum duplices representet? Motu factò, duplicis, aut etiam triplicis speculi locum subit: fierique potest tantus ac tam velox motus, vt non solum duplex, sed & triplex atque etiam plura obiecta cernantur.

Ex his intelligas, quid de pluribus aliis dicendum. Ignitus circumagitur baculus, & in orbem vbiq; ignis apparet; aut propter motus velocitatem, aut propter qualitatem quampiam in oculo productam, lucem inquam, aut simile aliquid. Solis radiis coloratum vitrum permeantibus cernitur in terra, aliove corpore color; siue quod tertium concurrat corpus, quod alterius colorem representet; siue quod verus color in superficie corporis radios luminis suscipientis, proximoque aère gignatur. Ita colorantur nubes, & vbi cumque lumen cum opaco permisceatur, color existit, intensior aut remissior; neque sensus circa proprium obiectum errat. Illaque fuerunt Auerois verba in commentario 67. Aër videtur multotiens coloratus colore, quem videmus mediante aère; vt parietes & terra colorantur per colorem planetarum apud transitum nubium super eas. Et Alexander in prioribus lib. de anima cap. 12. lumen, inquit, colori sibi comparato color efficitur. Ab auro enim aureum, purpureum à purpura, ab herba herbacè apparet. Fortasse etiam vitri color transiens luminis vt multiplicat sese, & colorem simile gignit aut lumen transiens, ita colorem illum imbibit, eoque temperatur, vilius representet in terminato corpore.

Qua porro ex causa à vehementibus obiectis destruantur sensuum organa, suo loco docebitur. Interim sat sit, effectum realem, qui à vehementi præsertim & robusta nimis actione proficiscitur, inertis speciei & actionis omnis expertis esse non posse. Neque inter obiectum sensibile & esse cognitum opus est medio. Quoniam hoc ipsum esse cognitum est valde materiale, fatisque est, si inter esse ipsius obiecti materiale, & esse cognitum intellectū, quod est prorsus immateriale, medium sit esse cognitum sensu, quod medio modo se habet.

De interiori sensu nunc non laborandum. Habet quidem ille obiectum absens; verum quomodo sit specie operetur, ibi explicabitur, vbi de illo distendendum erit. Interim memineris, memoriam, de qua partim videtur esse difficultas, Aristoteli velut habitum quendam fuisse; atque ex antecedeni cognitione, simul cum externo sensu habita, maiorem quandam promptitudinem & velut habitum comparari; qui & animæ facultatem determinet, & ad sequentem operationem reddat promptiorem.

Perspectiuorum demonstrationes suscepit quoque Alexander in c. 38. ante notato, & illis visus est. At ea non ponunt, sed euertunt species, vt paulo ante dictum est. Radios enim opticos accipiant ab oculo incidentes in obiectum, & ab obiecto reflexos. Deinde quæ ab illis dicuntur, non ita eueniunt, sed ad planiorem explicationem fuerunt ab illis excogitata; perindeque explicant, ac si ita eueniant. Nam & Astrologi plurimos in Cælo circulos imaginantur, quorum existit nullus; sed illis ita exponunt cælestes motus, & omnia, quæ in illis corporibus obseruantur, quemadmodum si circuitu inessent. Quid enim mirum, si scientia, quæ à materia & sensibili corpore abstrahit, quidpiam imaginetur,

netur, quod in sensibus omnino non sit? Dum igitur diuersas aspectus operationes propter diuersum obiecti situm conantur offendere, alias atque alias accipiunt lineas (nā quo alio Mathematiciens medio, quā quāritate, vtatur?) aut ab oculo ad obiectū, aut etiam ab obiecto ad oculū ductas. Quę imaginarię quidē sunt omnes, explicat tamē id, quod queritur: siue ponantur species, siue non ponantur.

Ad extremum quod ex Theologorum fontibus deriuatum est, Nullam rem creatam posse esse rationem repræsentandi seipsam; nihil aliud confirmabit, quā inferiores res hæcē a nobis non certari, nisi actione luminis fiant actu aspectabiles; at hoc eam ob causam euenit, quoniam hic sensus luminis postulat conditionem. In ceteris, in quibus obiecta ipsa realia deducuntur ad eorum organa, locum non habet. In illum autem, non Angeli modō, sed res quoque, corporæ seipsas intellectibiles sunt. Quippe esse intellectibile comitatur ens; & vt seipsis entia, ita & intellectibilia sunt.

His ita expositis ac veluti totius sensuum cognitionis fundamentis iactis, ad Philosophi interpretationem aggrediamur. Cogar autem deinceps scēpius à communi ac peruulgata multorum & quidem grauium virorum interpretatione discedere; quod in explicanda illius de sensu atque intellectu sententia longe aliter, quā illi iudicauerint, sentiendum esse, & verō Aristotelem sensisse posuerim.

TEXTVS.

Διαισθητικὸν δὲ τὸν τῶν ἀληθεῶν κοινὴν ἀπὸ πάσης αἰσθητικῆς ἢ ἀιδουτικῆς ἐστὶν ἐκείνου τὸ καὶ τὸ πᾶσι κοινὸν, καὶ δὲ ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀλλοιωτικῶν τῶν εἰναι. φασὶ δὲ πᾶσι καὶ τὸ ὁμοίον ὡς πρὸς τὸ ὅμοιον παρῆναι. ἄλλο δὲ πᾶσι διακρινῶν ἢ ἀδυνατοῦν, εἰς ἑκάστου καὶ τῶν κατὰ τὸν λόγον ἀπὸ τῶν πᾶσι καὶ πᾶσι.

Definitis autem his, dicamus communiter de omni sensu. Sensus autem in eo, quod est moueri aliquid & pati accidit, sicut dictum est. Videretur enim alteratio quedam esse. Sunt autem quidem et similes à simili pati. Hoc autem quomodo fieri possit aut non possit, diximus in vniuersalibus sermonibus de ipso agere & pati.

COMMENTARIVS LXII.

Quoniam sentientis animæ, de qua nunc pergit differere, natura & essentia aut satis poterat ex iis cognosci, quę tum de generali animę definitione, tum de illius gradibus antea dicta sunt; aut certe quę sunt illius proptia, ex facultatibus & operationibus colligenda erant: propterea statim aggreditur de facultate sentiente dicere; quemadmodum & de vegetante fecit.

Sic igitur exorditur. Postquam dictum est de vegetante anima, quę vim solum habet conseruandū illud, quod eum habet: & idē simplicior est & prior, tum natura, tum cognitione; & siue qua nulla alia esse potest, ipsa verō sine aliis persæpe solitaria coheret: & idē ad consequentes, quę vt profectiores sunt, sic obscuriorem habent cognitionem, veluti gradus existit: agendum est de sentiente, quę & vegetantem consequitur, & cognoscendū quoque vim habet. Primum autem dicendum est de eā generaliter & vniuersē; deinde speciatiuim de singulis sensibus. Quemadmodum enim antea generalis animæ vis & natura fuit exposita; deinde ventū ad singulas eius partes: ita dum hæc considerantur, equū est explicare prius si quę sint communia & generalia, deinde ad speciali ad descendere.

Propterea quęcūquē de sensibus explicantur hoc loco, ad quatuor capita reuocantur. Primum ea continet, quę ad vniuersum hoc facultatis genus pertinent. Alterum est de obiecto eius sensibili. Tertium singulos exteriores sensus contemplatur. Postremum interiorum sensuum explanationē habet. Quę verō de hac facultate dicuntur, tria sūt. Primum, sensum esse facultatem patiendū; alterum, quomodo id sit; tertium, quomodo reducat ad actum.

Partitio tractationis de sensibus.

Principiō igitur sensum accipit patiendū facultatem esse, quod initio statim acceptum fuisse dixerunt Auerroes, & Albertus; quoniam cū manifestum esset sensum facultatem quandam esse; antequam vterius progredere, dicendum erat, qualisnam facultas sit; agendine, an patiendū. At si ita esset, nequaquam eum seruasset ordinem, quem antea constituerat, dum de obiectis primū, deinde de operationibus, postremō de facultatibus agendum esse posuit. Ego tum illius rei causas fuisse comperio. Primam, vt differentiam statim poneret inter sentientes facultates, & vegetantes, de quibus dictum est. Hæ namque facultates agendi sunt, illæ patiendū potius. Vegetantes agunt in suum obiectum scilicet viuētis substantiam mutant, aut ex eo aliud procreant; sentientes ab obiecto suo patiuntur. Alteram, vt ex notioribus & iam demonstratis procederet ad incognita; magisque explicaret id, quod antea dixerat, atque ita cum superiore consequentem hunc sermonē magis copularet. Cum animā demonstraret esse efficientē causam, illud accepit argumentū, quod sentire alterationē quandā significet. Hoc igitur nunc vtitur tanquam principio consequētis & futurę tractationis de sentiente facultate, in qua etiā explicabit, quomodo sensus, dum scit, alteretur & patiatur. Tertiā, quā insinuat Simplicius; vt ordinē antea propositū seruaret, atque ex obiectis & operationibus facultatis cognitionē traheret. Nam & obiecta sensibilia immutant sensum & alterant, dū autem illius organa suscipiuntur, siue ipsa, quemadmodū in tactu, gustatu, odoratu, & auditu; siue intentionaliter per speciem sui ab obiectis immittā, vt de aspectu dicitur à plerisque; aut potius secundū esse cognitū; quatenus cognitio, quę in eo ipso principio remanet, à quo proficiscitur, tãquā forma quę p̄ obiecti cogniti in cognoscere facultate suscipitur. Quę posterior interpretatio (etsi priorē habeat Simplicius) mihi quidem eō magis videtur Aristoteli accommodata, quod propositionē eā accepit ex iis, quę in t. 37. demonstrauerat. Quo loco cū animam probaret efficientē causā esse, quoniam sensus est alteratio quādā; ostendit non posse intelligi alterationē factā ab obiecto, siue re ipsa, siue per speciem in organo susceptā; neque enim efficiens illius causa est anima, sed obiectū; verū intelligendā esse alterationē eā & mutationē, quę in ipsa facultate cognoscente fit, dū cognitionē suā velut obiecti formā suscipit. Huius enim efficiens causā est anima. Certē si absolute pronunciasset, sensum in eo esse, quod est moueri & pati, libenter interpretaret eū esse quidē formaliter agēdi facultatē, & sentire esse agere atque de obiecto iudicare, sicut sūt reliquę omnes facultates, & operationes animæ, quę forma est & actus primus substantię, cui natura facultates eorum virtutes agendi prouidit. Peculiarē tamē ob causā & sensum patiendū facultatem appellari, & sentire dici esse pati; quod antecedentem organi passionem ab obiecto factam, in plerisque saltem sensibus, adiunctam habeant. Sed dum addidit (sicut dictum est) antecedentem illam respicit probationem: quę

Sentire quomodo sit pati.

Principiō igitur sensum accipit patiendū facultatem esse, quod initio statim acceptum fuisse dixerunt Auerroes, & Albertus; quoniam cū manifestum esset sensum facultatem quandam esse; antequam vterius progredere, dicendum erat, qualisnam facultas sit; agendine, an patiendū. At si ita esset, nequaquam eum seruasset ordinem, quem antea constituerat, dum de obiectis primū, deinde de operationibus, postremō de facultatibus agendum esse posuit. Ego tum illius rei causas fuisse comperio. Primam, vt differentiam statim poneret inter sentientes facultates, & vegetantes, de quibus dictum est. Hæ namque facultates agendi sunt, illæ patiendū potius. Vegetantes agunt in suum obiectum scilicet viuētis substantiam mutant, aut ex eo aliud procreant; sentientes ab obiecto suo patiuntur. Alteram, vt ex notioribus & iam demonstratis procederet ad incognita; magisque explicaret id, quod antea dixerat, atque ita cum superiore consequentem hunc sermonē magis copularet. Cum animā demonstraret esse efficientē causam, illud accepit argumentū, quod sentire alterationē quandā significet. Hoc igitur nunc vtitur tanquam principio consequētis & futurę tractationis de sentiente facultate, in qua etiā explicabit, quomodo sensus, dum scit, alteretur & patiatur. Tertiā, quā insinuat Simplicius; vt ordinē antea propositū seruaret, atque ex obiectis & operationibus facultatis cognitionē traheret. Nam & obiecta sensibilia immutant sensum & alterant, dū autem illius organa suscipiuntur, siue ipsa, quemadmodū in tactu, gustatu, odoratu, & auditu; siue intentionaliter per speciem sui ab obiectis immittā, vt de aspectu dicitur à plerisque; aut potius secundū esse cognitū; quatenus cognitio, quę in eo ipso principio remanet, à quo proficiscitur, tãquā forma quę p̄ obiecti cogniti in cognoscere facultate suscipitur. Quę posterior interpretatio (etsi priorē habeat Simplicius) mihi quidem eō magis videtur Aristoteli accommodata, quod propositionē eā accepit ex iis, quę in t. 37. demonstrauerat. Quo loco cū animam probaret efficientē causā esse, quoniam sensus est alteratio quādā; ostendit non posse intelligi alterationē factā ab obiecto, siue re ipsa, siue per speciem in organo susceptā; neque enim efficiens illius causa est anima, sed obiectū; verū intelligendā esse alterationē eā & mutationē, quę in ipsa facultate cognoscente fit, dū cognitionē suā velut obiecti formā suscipit. Huius enim efficiens causā est anima. Certē si absolute pronunciasset, sensum in eo esse, quod est moueri & pati, libenter interpretaret eū esse quidē formaliter agēdi facultatē, & sentire esse agere atque de obiecto iudicare, sicut sūt reliquę omnes facultates, & operationes animæ, quę forma est & actus primus substantię, cui natura facultates eorum virtutes agendi prouidit. Peculiarē tamē ob causā & sensum patiendū facultatem appellari, & sentire dici esse pati; quod antecedentem organi passionem ab obiecto factam, in plerisque saltem sensibus, adiunctam habeant. Sed dum addidit (sicut dictum est) antecedentem illam respicit probationem: quę

Principiō igitur sensum accipit patiendū facultatem esse, quod initio statim acceptum fuisse dixerunt Auerroes, & Albertus; quoniam cū manifestum esset sensum facultatem quandam esse; antequam vterius progredere, dicendum erat, qualisnam facultas sit; agendine, an patiendū. At si ita esset, nequaquam eum seruasset ordinem, quem antea constituerat, dum de obiectis primū, deinde de operationibus, postremō de facultatibus agendum esse posuit. Ego tum illius rei causas fuisse comperio. Primam, vt differentiam statim poneret inter sentientes facultates, & vegetantes, de quibus dictum est. Hæ namque facultates agendi sunt, illæ patiendū potius. Vegetantes agunt in suum obiectum scilicet viuētis substantiam mutant, aut ex eo aliud procreant; sentientes ab obiecto suo patiuntur. Alteram, vt ex notioribus & iam demonstratis procederet ad incognita; magisque explicaret id, quod antea dixerat, atque ita cum superiore consequentem hunc sermonē magis copularet. Cum animā demonstraret esse efficientē causam, illud accepit argumentū, quod sentire alterationē quandā significet. Hoc igitur nunc vtitur tanquam principio consequētis & futurę tractationis de sentiente facultate, in qua etiā explicabit, quomodo sensus, dum scit, alteretur & patiatur. Tertiā, quā insinuat Simplicius; vt ordinē antea propositū seruaret, atque ex obiectis & operationibus facultatis cognitionē traheret. Nam & obiecta sensibilia immutant sensum & alterant, dū autem illius organa suscipiuntur, siue ipsa, quemadmodū in tactu, gustatu, odoratu, & auditu; siue intentionaliter per speciem sui ab obiectis immittā, vt de aspectu dicitur à plerisque; aut potius secundū esse cognitū; quatenus cognitio, quę in eo ipso principio remanet, à quo proficiscitur, tãquā forma quę p̄ obiecti cogniti in cognoscere facultate suscipitur. Quę posterior interpretatio (etsi priorē habeat Simplicius) mihi quidem eō magis videtur Aristoteli accommodata, quod propositionē eā accepit ex iis, quę in t. 37. demonstrauerat. Quo loco cū animam probaret efficientē causā esse, quoniam sensus est alteratio quādā; ostendit non posse intelligi alterationē factā ab obiecto, siue re ipsa, siue per speciem in organo susceptā; neque enim efficiens illius causa est anima, sed obiectū; verū intelligendā esse alterationē eā & mutationē, quę in ipsa facultate cognoscente fit, dū cognitionē suā velut obiecti formā suscipit. Huius enim efficiens causā est anima. Certē si absolute pronunciasset, sensum in eo esse, quod est moueri & pati, libenter interpretaret eū esse quidē formaliter agēdi facultatē, & sentire esse agere atque de obiecto iudicare, sicut sūt reliquę omnes facultates, & operationes animæ, quę forma est & actus primus substantię, cui natura facultates eorum virtutes agendi prouidit. Peculiarē tamē ob causā & sensum patiendū facultatem appellari, & sentire dici esse pati; quod antecedentem organi passionem ab obiecto factam, in plerisque saltem sensibus, adiunctam habeant. Sed dum addidit (sicut dictum est) antecedentem illam respicit probationem: quę

tat seipsum. Alteram, cur sine exteriori aliquo obiecto sensili nihil prorsus sentiat. Verum cum in priori dicitur, sensum non sentire seipsum, reprehendit Simplicius Alexandrum interpretantem organum. Neque enim facultas videndi videt oculum, in quo ipsa est; sed exteriora cetera: Manuque facultatem ipsam organo videntem significari. Sed Themistius quoque & Philop. Organum interpretati sunt. Et quidem melius. Tum quia duplicata dubitatio maior est veritatis confirmatio. Tum quia etsi sensus agendi facultas esset & non patiendi; non tamen seipsum cognosceret: Propterea quod hoc intellectus est proprium, qui facultas est immaterialis & abstracta; & ideo potest se supra seipsum conuertere: sensus non potest, quia materialis est. Quemadmodum neque vegetantes facultates, neque ea que mouet: quae tamen agendi, non patiendi, facultates esse creduntur. Tum verò etiam quia verba, quae statim consequuntur, existimari debent esse probatio, non posterioris tantum, vt plerique opinantur; sed prioris quoque dubitationis. Quoniam enim in his, quae sensum habent, insunt ignis & terra & elementa cetera; siue quod vt interpretatur Auer. singulis sensuum organum elementum aliquod attribuitur, quod in eorum compositione dominatur, vt est in lib. de sensu & sensili. Aspectus n. & odoratus aquae, auditus aeris, gustatus & tactus terrae dicuntur esse. siue potius (neque n. ignis organo vlli attribuitur, quae tamen hic Philop. nominat) quod organa singula sint ex elementis omnibus concreta; quae sensilia sunt corpora, aut per se, aut ratione eorum, quae illis accidunt (non enim dictum est quidnam sit obiectum sensibile per se; substantiane an accidens: aut elementa dixit esse sensilia per se; quia sunt per se earum qualitatum subiectum, quae per se afficiunt sensum: aut demum sententia Philoponi & Simplicij per se sensilia vocantur propter proprias ipsorum qualitates, ex accidenti autem propter alias, quae illis aliquo modo insunt, vt colores & alias similes). Cur sensus, si est facultas agendi solum, organum suum non sentit, quod ex sensilibus illis corporibus concretum est? quemadmodum nutriendi & mouendi facultates, quae agendi virtutes sunt; illas ipsas corporis partes reiciunt & mouent, in quibus ex insunt. Cur item, nisi externum obiectum adsit, nihil prorsus sentitur? Etenim cum in seipso praesentia habeat sensilia obiecta, videlicet elementa, ex quibus organa, totumque animalis corpus compositum est, sentire omnino deberet, si nihil ab obiecto externo eum pati oporteret.

Albertus hoc putauit fuisse dictum aduersus Platonem, qui & sensum agendi virtutem faciebat, & singulis sensibus elementum aliquod tribuebat, quod in illius compositione dominaretur; vt oculo ignem, S. Thomas contra Empedoclem & antiquos ceteros, qui cum eo senserant. Verius Graeci ex rei veritate propriaque sententia: Quoniam sensuum organa cum sint corpora mixta, ex quatuor nimirum elementis composita sunt.

Itaque ex his dubitationibus, quibus satisfieri planè non potest, si sensus agendi facultas esse dicatur, manifestum esse concludit eum facultatem esse patiendi, & sentire esse quoddam pati, vt antea dictum est; atque ita dubitationes illas facile explicari. Nam quia facultas omnis patiendi seip-

sa non est actu, sed potestate, moueri que debet & ad actum reduci ab alio, quod sit actu (nihil enim inquit Simplicius, à seipso patitur) quemadmodum vtile non potest à seipso reduci ad vtilitatis actum & ad formam ignis; sed ab igne actu existente reduci debet: alioqui si à seipso reduci posset, non esset opus exteriori ignem admouere. Sensus quoque quia facultas eiusmodi est; quae ex se nullum habet actum, seu formam sensilium obiectorum; qua actu sentiens esse dicatur; sed potestas quaedam est ad illam suscipiendam: non potest seipsum ipse ad illa mouere; hoc est ad sentiendi actum, qui est veluti obiectorum sensilium forma; sed ab exteriori obiecto moueri debet. Nam cum sensus vt ab obiecto patiatur, & moueatur, debeat esse potestate ille similis, actu dissimilis; si à seipso patere & moueretur, hoc est seipsum sentiret, sibi ipsi dissimilis esset; quod esse non potest. & quamuis organum sensus ex sensilibus elementis actu compositum sit; & ideo quatenus corporea substantia, actu sit; quatenus tamen organum, potestate existit neque potest à seipso traduci ad actum. Nam propterea pati debet & moueri ab externo obiecto: quod autem patitur & mouetur, potestate est.

Duas alias propositae dubitationis explicationes habet Philoponus. Altera est; sensationem tangendo fieri; sensumque materiale & corporeum esse, atque in organo vt in subiecto. quare cum nequeat corpus conuertere se in seipsum, neque potest corporeus sensus supra organum suum sese conuertere, & quae in eo sunt cognoscere. Itaque hoc inter intellectum & sensum interest; quod immaterialis & incorporeus intellectus in seipsum redit, remque cognoscendam in se continet; & ^{Sensus in intellectu diffunditur.} ideo intelligit vbi libuerit. At sensus immaterialis & corporeus obiectum habet extra se; neque cognoscit quidquam, nisi ad id, quod est extra, extensus; neque operatur, quando vult, sed quando praesens obiectum adest. Hinc Simplicius conuersionem in seipsum actionis dixit esse ex se perfecta munus; sensum autem potestate tantum esse: & intellectum vitam esse numeris omnibus absolutam, quod nullo indigeat externo aut motore aut obiecto, reliquas facultates omnes imperfectas; quod externum quidpiam desiderent, siue à quo moueantur, siue ad quod moueantur.

Altera, sensationem per medium perfici, & quidem ad eam actionem opportunum; vt visionem per illuminatum perspicuum. Inter sensum autem & organum, medium nullum est. Itaque dum vehementiorem & praeter naturam febris calorem, quia corpus vniuersum vexat, sentimus; per medium sentimus, neque sensus in seipsum suum- ^{Febris calor ut sentiat.} que organum redit. Quoniam caro aut neruus organum est; sentitur autem calor, qui in sanguine est & spiritu. Hi enim in febre praeter naturam calefcunt. Aut si partes quoque solidae febris inuadat, non aequè omnes calefcunt, minusque calidae ceteras calidiores sentiunt. Nam si aequalis vbique fuerit calor, nihil sentitur. Idem literico euenit, qui colorem oculo praeter naturam affusum cernit. & ei, qui oculorum suffusione laborans caliginem & veluti culices videt. Quod enim videt, organi visus pars non est: quare aliud videt, aliud videtur. Idem tum de lingua bile perfusa, tum de similibus aliis dixeris. Vt omnino verum sit, sensum non posse seipsum sentire.

